Dr. J. Engelmann
St Louis 186

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS PRIMUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud VIDUAM & FILIUM S. SCHOUTEN;
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LV.

1755

MISSOURI BOTANICAL
GARDEN LIBRARY

ÆQUIS, AC PERITIS REI HERBARIÆ

LECTORIBUS

S. D.

JOANNES BURMANNUS.

PRodromus eſt majoris Operis, primus hic, quem vobis L. L. B. B. offerimus, *Plantarum Americanarum* Faſciculus, quas ſummus ac celeberrimus in arte Herbaria Coryphæus ipſe collegit, ſuaque depinxit manu, Clariſſimus nempe, omnibusque Botanicis notus, *Carolus Plumierius*, qui licet haud illuſtri genere natus Maſſiliæ 20 Aprilis anni 1646, obſervationibus tamen Mechanicis & Botanicis non minus, quam iconibus delineandis & ſculpendis inſignis, ac præterea Optices, Picturæ, & Tornandi artis peritiſſimus fuit.

Anno autem 1682. pietate ergo Deum ductus ſe apud R. R. P. P. Minimos vitæ religioſæ devovit, dein vero a *Franſiſco de Onuphriis*, Medico Romano, & a *Sylvio Boccone* Siculo, Botanicis expertiſſimis, quibus cum amicitiam inierat, ad Rei Herbariæ ſtudium ſtimulatus eſt, inque patriam rediit, quam tum temporis magnus ille *Tournefortius* ex Alpibus redux forte tranſibat, cui uti & *Garidello* comes ſæpius fuit, atque in Galloprovincia plantas ſedulo cum illis indagavit, & collegit, tantoque ſtudio & amore in has flagrabat, ut, dum *Joſeph. Donatus Surianus* *, Maſſilienſis Medicus Chymicus, Plantarum exoticarum analyſeos cauſſâ in inſulas Gallo-Americanas delegaretur, ſocium ſibi itineris adſumſerit *Plumierium*, ubi tot quoque fecit progreſſus Botanicis ſuis laboribus & obſervationibus, ut LUDOVICUS XIV. titulo Botanici Regii, & annuo ſtipendio eum remuneraverit, novaſque obſervationes ut inſtitueret, iterum atque tertio ipſum in eaſdem miſerit inſulas.

Quum vero quartum, novumque iter in Peruviam meditaretur, Corticis Peruviani, ſeu Kinæ Kinæ inveſtigandi gratia, Gadibuſque claſſem exſpectaret, interimque indefeſſus vicinos ad plantas inquirendas campos perluſtraret, Pleuritide correptus, ſexagenarius circiter obiit anno nempe 1704.

Si quis autem latius præſtantiſſimi hujus viri encomia atque res geſtas reſciſcere deſiderat, evolvat, quæſo, *Acta Eruditor. Lipſienſ.* annis 1694, 1703, & 1707. & *Journ. des Sçav.* Juliet 1693 & Juin 1703. & *Hallerum* de *Studio Medico pag.* 209.

Quos vero progreſſus fecerit, quantaſque collegerit plantarum copias in repetitis iteratisque iſtis itineribus, teſtantur *Nova* illarum *Genera* ab ipſo elaborata, largâque manu primo in lucem producta, *Filicum* innumerabilium fere cohors & deſcriptiones, aliarumque *Americanarum Plantarum Hiſtoria* Pariſiis 1713 publice edita.

Et

* Hujus viri dignitates ac merita recenſentur a *Plumierio* in *novis Plantar. Americ. generibus*, *pag.* 37.

Et quot non ſuperſunt ſummi hujus Viri labores, indefeſſa operâ confecti, ſuâque manu ſcripta Volumina, quæ non modo in Regiæ Scientiarum Academiæ, ſed etiam in R. R. P. P. Minorum Cœnobii Pariſienſibus adſervantur Bibliothecis: illa enim non modo Nongentarum circiter Plantarum Americanarum icones & deſcriptiones continent, ſed & Avium inſuper, Piſcium, Conchyliorum, Inſectorumque ab illo in America obſervatorum & depictorum Hiſtoriam complectuntur, quæ omnia cum incredibiles ſumtus & labores exhauſerint, dolendum ſane, immo vix ferendum eſt, egregia hæc Opera tineis & blattis in eſcam relinqui, orbique Literato & Botanico diutius invideri, qui tot fructus & commoda ex iis capere potuiſſet.

Hæc ego quum ſæpius animo meditarer, atque interim per otia a muneribus publicis mihi conceſſa, *Americanarum* harum *Plantarum*, ut ab ipſo auctore depictæ ſunt, Codices, in publica Librorum auctione ſane haud vulgari, centenorum aliquot florenorum pretio, mihi vindicatos evolverem, eaſdemque ſæpius ſumma animi cum voluptate perluſtrarem, cumque aliorum Auctorum deſcriptionibus ſedulo compararem, Plantas has ubique non ita cognitas, neque alibi temere obvias comperi. Sed aliis tunc diſtractus curis, atque occupationibus inpeditus quotidianis, in commodius tempus, quidquid hujus negotii eſſet, differendum cenſui, præſertim quod tunc totus eſſem in exornando *Herbario Rumphiano*; quo Opere tandem ad umbilicum perducto, perlegere jam inceperam *Species Plantarum*, ab indefeſſo nuper *Carolo Linnæo* editarum. In his autem animadverti, *Plumierianas* haſce Plantas ab Auctore perſpicaciſſimo ad certa ſua genera revocatas: Qua de re cum Celeberrimo *Boerhavio*, qui olim quoque hunc Codicem *Plumierianum* poſſedit, Lugduni in Batavis ſedulo egerat, atque ipſarum characteres breviter, ſed elegan-ter deſcripſerat cum Clariſſ. *Adr. Royeno*, qui vir candidiſſimus, & a prima adoleſcentia integerrimus ſemper Amicus non tantum libentiſſime deinde mecum eos communicavit, ſed inſuper illuſtrandis & deſcribendis his plantis hanc lucem adtulit, ut antiquis, & nullius fere momenti denominationibus, *Genericas* ſi excipias, omiſſis, ſpecifica jam, & maxime naturalia ipſis inpoſita ſint Nomina, quæ juſtam earum Claſſem, ſpecificumque explicant Characterem, atque in Syſtemate Botanico componendo incredibilem adferunt utilitatem, cum profecto plurima contineant nova Genera, quæ fruſtra apud aliquem inquiras, vel huc usque invenias Auctorem.

Hæc omnia quum primum in Codicibus meis, quibus præter Icones fideliſſimas nil niſi vulgaria a *Plumierio* olim inpoſita Nomina manu *Boerhavii* adſcripta erant, ſedulo in meos uſus adnotarem, ſæpiusque intelligerem, abſtruſiſſimas, nec ulli fere Botanico notas plantas, quaſi luce meridiana jam eſſe perfuſas & illuſtratas, piaculum me commiſſurum putabam, ſi illas per tantam annorum ſeriem ſummo Botanicorum principum detrimento occluſas, publicæ jam utilitati diutius inviderem, ulteriusque eas privatis laribus & uſibus premerem; unde honeſtus, ni fallor, me incendit ardor, ut publico prodeſſem, ac devinctiſſimis meis in hoc ſtudiorum genere Commilitonibus elargirer haſce Botanicas gazas, tanto mihi pretio & labore conparatas.

Prius-

Priusquam vero horum votis ac deſideriis rite ſatisfacere poſſim, haud ſane leviores, ſed longe majores & plures ſumtus, quam quis rerum inperitior facile crederet, fuerunt faciendi, unde rationes omnes, quibus hi facilius ferri ac ſuppeditari poſſent, diligenter circumſpexi, atque id tandem conſilii cepi, ut plantas haſce per Faſciculos, qui ſinguli Viginti quinque Tabulas continebunt, edere decreverim.

Quem autem cum maxime manibus verſaris, Amice Lector, propriis ſumtibus inprimendum curavi, ut inde de reliquis tibi conſtet, & judicare poſſis de opera & labore in plantis his exornandis & inluſtrandis a me inſtituto & conſumto.

Subſequentes enim Faſciculos ſub inſcriptionis conditione, quod ajunt, in publicum emittere eſt animus, ut illi, quorum de cauſſa hanc in me ſuſcepi curam, modicam ſubinde pecuniæ ſummam ſine ulla moleſtia conferrent, quo ſplendidum hoc Opus, tot tabulis æneis inſigne, omnibus verisque Botanicis utiliſſimum, feliciter tandem & nitide, ſummo Numine adſpirante, abſolvatur: Bibliopolis certe tradere nolui, ne quid detrimenti a lucripetæ hujus nationis avaritia, ac ſordida quorumdam agendi ratione caperet, aut inlicitis artibus ac fraudibus deprimeretut.

Antequam vero conditiones proponam, ſub quibus reliquos Faſciculos inprimendos curabo, aliquid de Operis hujus præſtantia, fideliſſimisque iconibus præmittendum judicavi.

Tomi, quos adſervo, ſunt duo ingentes, Atlantica fere, ut ajunt, forma, in quorum frontibus hic legitur Titulus: „ *Icones Plantarum A-*
„ *mericanarum*, quas in *inſulis Antillis* propria manu depinxit *Carolus Plu-*
„ *mierius*, juſſu & ſumtibus LUDOVICI XIV, uti in Bibliotheca Regia ha-
„ bentur; digeſſit *H. Boerhaave* in binis voluminibus anno 1733", ad calcem vero ſcripſit idem Vir fide digniſſimus; „ Huc usque *Icones ſtir-*
„ *pium Americanarum*, quas *Carolus Plumier.* ſua manu in ſolo nativo de-
„ pinxit; Pictor Regius *Aubriet* exempla hæc mihi duxit ad prototypa,
„ quæ in Bibliotheca Regia Pariſiis ſervantur, curavit *Vaillantius*, mihi
„ miſit *Guilielm. Sherard*, ſunt numero 508, abſolvi digerere $17\frac{1}{7}33$.
„ *H. Boerhave*".

Hoc autem Viri ſummi teſtimonium adjiciendum putavi, ut Lectori conſtaret, non ſuppoſitias aut falſas, ſed veras & genuinas *Plumierii* eſſe plantas, quas jam illuſtrare ſum adgreſſus. Quod pertinet ad ipſas icones, Figuræ *Plumierii* fundamentales ſunt, ſeu quæ primas tantum longitudinis & latitudinis lineas plantarum tradunt, naturali, quantum fieri potuit, obſervata magnitudine, more olim *Camerario*, *Cluſio*, & *Fuchſio* uſitato, quæ pingendi & ſculpendi ratio ſæpius longe nitidius & clarius plantas proponit, quam multi faciunt hodie figuris totis inſculptis, immo vivis coloribus illuminatis, quam *Plumierii* methodum merito dolemus a Botanicis hodie neglectam.

In hoc opere etiam non occurrunt Figuræ, quæ in prioribus *Plumierii* editis Operibus reperiuntur, ſed longe aliæ, ac pleræque novæ, id eſt, ab alio Auctore nondum editæ, vel Figuris aut deſcriptionibus rite illuſtratæ.

Cum itaque ſatis jam, ut puto, Lectoribus conſtet de genuinis verisque Auctoris iconibus, dolendum certe, vel potius indignandum eſt, Pariſinos Botanicos ſummi hujus Viri Operam adeo neglexiſſe, ut nullas

ſane Plantarum harum rariorum ac maxime deſideratarum icones ediderint poſt annum 1713, quæ ultima eſt Stirpium Americanarum ἔκδοσις. Sumtus forte dicent inmenſos hoc prohibuiſſe: At in Republica hæc cauſſa melius, quæ majores inpenſas haud facile ſuſtinet, juſta eſſet cenſenda, ſed in Regno florentiſſimo hæc facile perficiuntur ac ſubminiſtrantur, potiſſimum juſſu ipſius Regis, more ſcilicet Majorum ſuorum, ad æternam gloriam, & totius gentis ſplendorem decusque: Hoc certe, ſimul ut Eruditorum Summorumque ingeniorum animis ſtimulos adderet, alter LUDOVICUS, ſi quid video, diu curare potuiſſet. Sperandum itaque, ut in poſterum reliquas plantas, quas me multo copioſiores poſſident, ſecundum hoc meum inſtitutum cum omnibus Auctoris ipſius reliquis commentariis edere non dedignentur cordati Viri, nec celent gazas, quas Botanici omnes, horumque Principes avide dudum deſiderant, quibusque ſine inſigni artis detrimento carere amplius nequeunt.

Ut redeam nunc ad ipſam inſcriptionis conditionem, illam commendabilem admodum ſtatuendam putamus. Pro quovis itaque *Faſciculo*, qui, ut ſupra monui, viginti quinque continebit Plantarum Tabulas, quam exacte fieri poſſit inſculptas, tres tantum ſolventur floreni, quum ſtatim, peracta inſcriptione, primus, qui jam paratus eſt, promulgabitur Faſciculus, atque intra trium menſium ſpatium, vel citius, ſi fieri poſſit, ſecundus erit in promtu, cujus Elenchus in fine Prioris conſpicitur, ut Lectores inde cognoſcere ac dijudicare poſſint, quas, & quam præſtantes plantas ſubſequens contineat; eoque abſoluto, idem denuo ſolvetur pretium, ac porro per reliquos Faſciculos eodem modo progrediar, Summo Numine mihi vitam largiente ac valetudinem, dum meritiſſimum hoc Opus ad finem fuerit abſolutum.

Non poſſum tamen non, quin illorum cauſſa, qui nomina ſua dare detractaverint, adjiciam, ſingulos Faſciculos, inſcriptionis tempore, trium nempe menſium elapſo, non minori, quam quatuor florenorum pretio, redimi poſſe.

Vos itaque, Viri præſtantiſſimi, qui ex æquo de his rebus judicare noviſtis, frequentes, quæſo, & promti ſubſcribite, meisque conatibus favete, eumque adjuvatote, qui veſtra de cauſſa hunc in ſe laborem & inpenſas alacri animo ſuſcepit:

Ego certe datam fidem, promiſſasque conditiones ſancte ſervabo, &, ſi per fata licuerit, quod ſpero, præſtabo, præſertim ſi tanto inſcribentium numero mihi ſuccurratur, ut inmenſos, qui requiruntur ſumtus, ſuſtinere queam. Valete, rebusque veſtris, & ſimul rei Herbariæ commodis conſulite.

Dabam
Amſtelædami,
XX *Octobris*
M. DCC. LV.

PLAN-

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO,

GEORGIO CLIFFORTIO, I. U. D.

APUD AMSTELÆDAMENSES

MERCATORI SUMMO,

BOTANICES, AC BOTANICORUM

MÆCENATI PERITISSIMO ET LIBERALISSIMO,

HORTI MEDICI AMSTELÆDAMENSIS

PRÆFECTO ET CURATORI DIGNISSIMO,

PRIMUM HUNC

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUM

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA

D. D. D.

JOANNES BURMANNUS.

HIBISCUS foliis cordatis, crenatis.

SIDA foliis cordato-acuminatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS PRIMUS.

TABULA PRIMA.

A *Butilon* Americanum, fruticoſum, folio ſubrotundo, flore luteo, fructu aculeato majore *Plum. Catal. pl. Americ. p.* 2. *T. inſt. p.* 99.

HIBISCUS foliis cordatis, crenatis, indiviſis, capſulis ſpinoſis.

Quod ſit ſpecies Hibiſci ſeu Ketmiæ, patet ex calice exteriore polyphyllo, corollâ, & ſtaminibus. Peculiare autem huic eſt, quod

Fructus, ſeu capſulæ conſtent ex ſpinis extra calicem prominentibus, quæ in quovis loculamento triplices ſunt, ſimplices, acuminatæ, uti in Figuris adjectis conſpicitur.

Folia ſunt cordata, crenata, venoſa.

Pedunculi ſolitarii, uniflori, ex foliorum alis, petiolis longiores, ſtipulis plurimum duplicibus.

Flos ingens, luteus.

TABULA SECUNDA.

A *Butilon* veſicarium, flore luteo, majus. *Plum. Hiſtor. Mſſ. Tom.* IV. *pag.* 14.

SIDA foliis cordato-acuminatis, pedunculis petiolo longioribus, capſulis pendulis obtuſis.

Folia cordata, acuminata, ſerrata, alternata.

Flores corymboſi, per caulem alternatim ſparſi, in caulis inferiore parte ex alis foliorum, in pedunculis longioribus.

Fructus, ſeu capſulæ obtuſæ ſunt, ſtriis plurimis parallelis diſtinctæ, pendulæ ex alis foliorum.

Obſervatio. Hæc proxime convenit cum illa planta, quæ a *Dillenio* in *Horto Eltham. pag.* 7. *Tab.* 6. *Fig.* 6. vocatur Abutilon veſicarium, flore & fructu majore non criſpo, ſed ipſius folia inferiora magis lobata ſunt, nec flores ita ſpicati.

TABULA TERTIA.

A *Butilon* ampliſſimo folio, caule villoſo *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 2. *T. inſt. pag.* 99.

SIDA foliis ſubrotundo-cordatis, acuminatis, integerrimis. *Royen. pr. Fl. Leid. p.* 350. *Linn. ſpec. plant. p.* 685. *No.* 6.

Folia cordata, glabra, accuminata, integerrima.
Caules & *Petioli* hispidi.
Pedunculi nudi, ſtricti, uniflori, non ex alis foliorum, ſed per caules ſparſi.
Flores puſilli, ſolitarii.
Fructus acuminati.
Semina ſubrotunda.
Obſervatio. Proxime hæc convenit, ni eadem, cum illa planta, quæ Abutilon Periplocæ acutioris folio, fructu ſtellato a *Dillen.* in *Hort. Eltham. Tab* 3. vocatur, licet Plumierii planta ſit caule magis villoſo, quod diverſo loco natali forte adſcribendum eſt: Clariſſ. *Royenus* tamen in *Prodromo* ſuo, uti & ſagaciſſimus *Carol. Linnæus* in *ſpeciebus plant. pag.* 685. has diſtinxerunt, cæterum plantarum harum forma videtur eadem.

TABULA QUARTA.

A *Cacia* quadrifolia, ſiliquis cincinatis, vulgo *Bracelets Plum. Hiſt. Mſſ.* VII. *p.* 74.

MIMOSA ſpinis in caule geminis, foliis bigeminis, obverſe ovatis, ſiliquis contortis.

Mimoſa foliis bigeminis obtuſis *Royen. Pr. Fl. Leid. pag.* 470. *Linn. ſpec. p.* 517. *No.* 6.
Acaciæ quodammodo adcedens, ſeu Ceratiæ & Acaciæ media Jamaicenſis, ſpinoſa, bigeminatis foliis *Plukn. Phyt. Tab.* 1. *F.* 6. & *Tab.* 82. *Fig.* 4. ubi folia rotundiora hiſce magis adcedunt.

Folia bigemina, obverſe ovata ſunt, integerrima, obtuſa, venoſa.
Petioli communes ſimplices, ad divaricationem nodoſi, ſeu articulati.
Spinæ in caule gemellæ, rectæ, acutiſſimæ, unde & *Unguis Cati* vulgo dicitur.
Flores capitati, ſeu ſphærici, communi ac longo inſidentes pedunculo.
Legumina vario modo contorta.
Officula obtuſa, irregularia.
Obſervatio. In *Sloane Hiſtor. Jamaic. tom.* 2. *pag.* 56. vocatur
Acacia arborea major, ſpinoſa, pinnis quatuor majoribus ſubrotundis, ſili-

Sida foliis subrotundo-cordatis.



MIMOSA ſpinis in caule geminis, foliis bigeminis.

MIMOSA ſpinis ad alas geminis, foliis bipinnatis.



MIMOSA inermis, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugis.

ſiliquis varie intortis, ubi interrogatur, an ſit Acacia Americana, foliis amplioribus, ſiliquis cincinatis *Plumier.?* quod erroneum eſt, quum hæc gerat foliorum pinnas trijugas, uti ex ſubſequenti adparet Tabula.

TABULA QUINTA.

A *Cacia* foliis amplioribus, ſiliquis cincinatis *Plum. Cat. pl. Amer.* 17 *T. inſt. pag.* 605.

MIMOSA ſpinis ad alas geminis, foliis bipinnatis, partialibus trijugatis, ovatis, acuminatis.

Mimoſa foliis conjugatis, pinnatis, foliolis æqualibus, ſtipulis ſpinoſis. *Linn. ſpec. pl. pag.* 517. *No.* 8.

Spinæ ad ſingulam alam geminæ, acuminatæ.

Petiolus duo folia pinnata absque inpari ſuſtinet.

In *pinna* quavis, foliola ſex ovata, acuminata, venoſa, integerrima.

Flores capitati ſeu ſphærici, communi longo pedunculo inſidentes.

Siliqua contorta, glabra.

Oſſicula irregularia.

Obſervatio. Mirum, quod ſiliquæ & ſpinæ in totum conveniant cum Mimoſa præcedenti *Ungue Cate* dicta, ita ut, ſi demas foliola lateralia, eadem eſſet planta, tum etiam flos & fructus iidem in nuda planta, quam ob rem Papilio, inſectum, & Herba cum caule, foliis &c. ſunt, uti larva Papilionis; hinc ſequitur, quod hæc planta cum *Ungue Cati* ſit maxime adfinis.

TABULA SEXTA.

A *Cacia* non ſpinoſa, ſiliquis latis compreſſis, flore albo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 17 *Tourn. pag.* 605.

MIMOSA inermis, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugis, propriis decem jugis. *Linn. ſpec. pl. p.* 519. *No.* 21.

Folia ſunt duplicato-pinnata, ex foliis partialibus quinque Parium, foliolorum vero decem oblongorum, æqualium, ſine inpari.

Stipulæ floriferæ ſeu *bracteæ* in hac planta notabiles ſunt, latiſſimæ, dimidio-cordatæ, acuminatæ, ad pedunculos ſeſſiles.

Pedunculi terni ſimul ex alis bractearum.

Flores capitati, ſphærici, terni ſimul.

Siliqua plana, lata, acuminata, glabra.

TABULA SEPTIMA.

A *Cacia* aculeata, flore albo, foliis Tamarindi. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 17. *Tour. pag.* 605.

MIMOSA aculeata, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugatis, propriis decem jugatis, petiolis inermibus. *Linn. ſpec. pl. p.* 523. *No.* 39.

Caulis aculeis adſperſus.
Folia duplicato-pinnata.
Foliolorum lateralium quinque paria oblonga, æqualia, integerrima, ſine inpari, ad quorum baſin glandulæ puſillæ rotundæ, ſeu paleæ minutiſſimæ.
Petioli inermes, pedunculis breviores.
Pedunculi ramoſi, laterales, ad quorum alas membranæ geminatæ, ovato-acutæ, ad petiolorum vero ſolitaria, plana, vaginata, latiſſima, cordata.
Flores capitati, non ſpicati, pentandri.
Siliqua PHASEOLI plana, glabra, acuminata, in qua
Legumina regularia ſubrotunda, locantur.
Obſervatio. Hujus tenuifoliæ alia ſpecies inter Plumierianas Icones eleganter reperitur depicta, quæ ipſi dicitur *Acacia* repens aculeata, flore albo, foliis omnium minimis, & a *Linnæo ſpec. pl. p.* 523. *No.* 37. vocatur *Mimoſa* aculeata, foliis bipinnatis &c. Quum vero hæc in omnibus convenit cum Acacia aculeata multiflora, foliis pennas avium referentibus in *Theſ. mei Zeylanici Tabula prima* adcurate expreſſa, ſuperfluum putavi illam hic denuo Icone illuſtrare; licet a Clariſſ. *Linnæo* in *Spec. pl. p.* 522. *No.* 33. hæ binæ ſeparatæ ſint, ubi mea Zeylanica ipſi dicitur *Mimoſa* aculeata foliis bipinnatis numeroſiſſimis, lineari acerosis, panicula aculeata, capitulis globoſis; quas tamen juxta iconum formas quam maxime inter ſeſe convenientes unas easdemque habeo plantas, vel ſaltem varietates.

TABULA OCTAVA.

A *Cacia* repens aculeata, flore albo, foliis Siliquæ. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 17. *Tour. p.* 605.

MIMOSA aculeata, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugatis, propriis trijugis, trinerviis. *Linn. Spec. pl. p.* 523. *No.* 38.

Caulis & petioli communes aculeis recurvis undique exaſperati, uti Bonduc.
Folia duplicato-pinnata.

La-

Mimosa aculeata, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugatis.



Mimosa aculeata, foliis bipinnatis, propriis trijugis.

Mimosa inermis, foliis conjugatis.

Fig. 1.

MIMOSA foliis conjugatis, pinnatis.

Fig. 2.

MIMOSA foliis tergeminis.

Lateralium quinque paria, propria majora tria paria, minora bina tantum, obverſe-ovata, integerrima, trinervia.
Pedunculi plures ex alis ſimplices, ubi petiolus communis foliola prodit bipinnata, partialibus trijugis, propriis bijugis.
Flores capitati, ſeu ſphærici, ſimplici pedunculo inſidentes.
Legumen obtuſum, *ſutura* aculeis armata.
Officula oblonga, uti in ſeparatis adparet figuris.

TABULA NONA.

A *Cacia* non ſpinoſa, Juglandis folio, flore purpuraſcente, *Plumier. Cat. pl. Amer. pag.* 17. *Tourneſ. pag.* 605.

MIMOSA inermis, foliis conjugatis, pinnis terminalibus geminis, lateralibus alternis, ovato-acutis.

Foliola in hac ſpecie ingentia, in petiolo communi bipartito pinnæ decem, quarum duæ pares ſingulum ramum petioli terminant, una ad latus interius, binæ ad latus exterius in ſingulo rami petiolo, adeoque ſingularis in Mimoſarum familia decurſus & ſtructura folii.
Folia ſimplicia, ovato-acuminata, integerrima, glabra.
Flores ex caule ſubſeſſiles, ſphærici, ingentes.
Stamina numeroſiſſima.
Piſtillum eminens, duplo fere longius, ſimplex, capitatum.

TABULA DECIMA.

A *Cacia* fruteſcens, non aculeata, flore purpuraſcente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 17. *Tonrn. pag.* 605.

MIMOSA foliis conjugatis, pinnatis, foliolis intimis minoribus, caule inermi. *Linn. ſpec. pl. p.* 517. *No.* 9.

FIGURA PRIMA.

Petioli bifidi, petiolo ſingulo partiali duobus foliolis terminato, & unico ad baſin extrorſum verſo.
Foliola obverſe-ovata, integra, ſubſeſſilia.
Flores capitati, plurimi pedunculo communi inſidentes, ſtaminoſi.
Siliquæ longæ, glabræ, ſolitariæ, rectæ, dependentes.

Obſervatio. Diſtinctiſſima eſt hæc planta a reliquis, foliis conjugatis, ſeu duobus junctis ad baſin, & ſpinarum abſentia, qua notâ nulla gaudet Mimoſa.

FIGURA SECUNDA.

A *Cacia* fruteſcens, non aculeata, flore purpuraſcente, alia. *Plum. Hiſt. Mſſ.*

MIMOSA foliis tergeminis. *Linn. ſpec. pl. p.* 517. *No.* 7.

Petioli bifidi: in ſingulo petiolo proprio tria paria foliolorum, ad divaricationem vero petioli communis quatuor paria, quum bina inſuper foliola obpoſita ſæpius excreſcunt, unde quatuor formantur paria.
Foliola ſunt ſubovata, integra, intima minima.
Flores capitati, ingentes.
Stamina numeroſiſſima, longiſſima.
Siliquæ clunaculi figura.
Oſſicula cordato-ovata, acuminata, uti in Figura ſeparata.

TABULA UNDECIMA.

A *Cacia* latifolia, alopecuroides, flore albo. *Plumier. Cat. pl. Amer. p.* 17. *Tournef. pag.* 605.

MIMOSA inermis, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugis, propriis multijugis, floribus ſpicatis, caule muricato.

Caulis punctis elevatis exaſperatus, unde ſcaber, & tuberculoſus eſt, quod huic plantæ peculiare.
Folia duplicato-pinnata, foliorum lateralium paribus quinque.
Foliolorum ſeu pinnarum ſunt nunc tredecim nunc quindecim.
Foliola ovato-oblonga, emarginata, venoſa, ſubſeſſilia.
Ad *petiolum* glandula locatur, humorem melleum forte ſecernens.
Flores puſilli ſunt, plurimi in longam ſpicam porrecti.
Siliquæ copioſæ, longæ, ſinuoſæ, rectæ, acuminatæ.
Oſſicula ſubrotunda, glabra, umbilicata, uti in Figuris marginalibus.



Mimosa inermis, foliis bipinnatis, partialibus quinque jugis.

TAB. XII.



MIMOSA inermis, foliis bipinnatis partialibus quatuor jugis.

TAB. XIII.

BANISTERIA foliis ovatis, ramis brachiatis.

TABULA DUODECIMA.

ACacia alia ſcandens, ſpica multiplici, ſiliquis latis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 17.

MIMOSA inermis, foliis bipinnatis, partialibus quatuor jugis, propriis incertis, floribus ſpicatis.

Mimoſa inermis, foliis bipinnatis, partialibus propriisque ſexjugis, oblongis. *Linn. ſpec. pl. p.* 520. *No.* 22.

Caulis inermis.

Folia duplicato-pinnata, lateralium quatuor paria, propria incerta, ſed ſex plerumque ovato-oblonga, integra, venoſa.

Flores ſpicati, numeroſiſſimi in quavis ſpica.

Siliqua lata, longa, emarginata, obtuſa.

Fabæ oblongæ, ſinuoſæ.

Obſervatio. Hæ binæ poſteriores ſpecies pertinent ad iſtam phalangem Mimoſarum, quæ flores gerunt in ſpicam longam porrectos, nec in capitulum. Ex communicatione autem Clariſſ. *Linnæi* hujus alia ſpecies eſt, in qua regulariter foliolorum petioli communes continent foliola partialiter utrinque ſex, & in ſingulo partiali pinnas itidem utrinque ſex, unde ipſi dicta fuit *Mimoſa* foliis partialibus propriisque ſexjugis.

Cur vero a *Plumierio* vocetur ſcandens, non patet, quum caulis nec volubilis, nec cirrhi ſunt, uti in Entada *H. Malab. tom.* 9. *Tab.* 77. quæ a *Plumierio* vocatur Acacia ſcandens ſpicata, ſiliquis ampliſſimis, & a *Linnæo ſpec. pl. p.* 518. *No.* 18. Mimoſa inermis, foliis bipinnatis, cirrho terminatis.

TABULA DECIMA TERTIA.

ACer ſcandens Convolvuli folio, flore ex aureo coccineo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18. *Tournef. p.* 615.

BANISTERIA foliis ovatis, ramis brachiatis, ſeminibus extrorſum tenuioribus. *Linn. ſpec. pag.* 427. *No.* 6.

Baniſteria foliis ovatis, ramis ramoſis, ſeminibus extrorſum tenuioribus, interioribus lacinulam emittentibus. *Hort. Cliff. pag.* 169. ubi deſcriptio.

Acer ſcandens minor, Apocyni facie, folio ſubrotundo. *Sloan. Hiſt. Jam. part.* 2. *p.* 27. *Tab.* 162. *Fig.* 2. cujus folia rotunda nec acuminata.

Triopteris Americana, ſcandens, fructu fulgente majore, aureo. *Plukn. Mantiſſ. p.* 185.

Folia cordata, ovato-acuminata, integerrima.
Caulis volubilis.
Florum petala crenata.
Nectaria duo ad basin petalorum.
Flores ad alas congesti.
Semina tria pendula ex propriis pedunculis, quorum alæ tenuiores extrorsum versæ sunt, uti in *Figura separata.*
Observatio. Hujus & alia obcurrit species, quæ *Acer* scandens, folio anguloso a *Plum. in Catal. pl. Amer. p.* 18. vocatur, atque *Clematis* anguloso folio, Aceris fructu in *Descript. Pl. Americ. pag.* 77. vocatur, & *Tabula* 92. exhibetur, quæ vera quoque *Banisteriæ* species est, & *Banisteria* foliis sinuato-angulosis a *Linnæo in spec. pl. p.* 427. *No.* 2. vocatur.

TABULA DECIMA QUARTA.

ACer scandens, foliis Citri, flore cæruleo spicato. *Plum. Cat. pl. Americ. p.* 18. *Tournef. p.* 615.

BANISTERIA foliis ovato-oblongis, acuminatis, racemis lateralibus, seminibus patentibus. *Linn. spec. pl. p.* 427. *No.* 4. & *Fl. Zeyl. p.* 78. *pl.* 176. ubi descriptio.
Acer scandens foliis Laurinis. *Sloan. Hist. Jam. tom.* 2. *p.* 26.
Acer Bengalensis, Laurinis foliis, fructu tergemino totidem membranis exstantibus alato. *Plukn. Almag. p.* 7. *Phyt. Tab.* 3. *Fig.* 1.

Folia ovata, petiolata, venosa, integra, obposita.
Pedunculi ex alis, spicis obpositis constantes.
Flores spicati, quorum petala crenata.
Semina subsessilia, quorum alæ divaricatæ introrsum tenuiores.

TABULA DECIMA QUINTA.

ACer scandens, Pseudo-acaciæ folio, flore purpurascente. *Plum. Cat. pl. Americ. p.* 18. *Tournef. p.* 615.

BANISTERIA foliis pinnatis, foliolis ovatis, quatuor jugis, spicis lateralibus, seminibus pedunculatis.
Banisteria foliis ovatis, spicis lateralibus, seminibus erectis. *Linn. spec. pl. pag.* 427. *No.* 3.

Folia

BANISTERIA foliis ovato-oblongis, acuminatis.

BANISTERIA foliis pinnatis, foliolis ovatis, quatuor jugis.

TAB. XVI.

BANISTERIA foliis ovatis obpositis.

TAB. XVII.

Folia ovata, ad petiolos bina obpoſita, in pinnis quatuor paria, venoſa, integra.
Flores minus ſpicati quam in præcedente, pedunculis lateralibus inſidentes.
Semina magis crenata, pedunculata, bina obpoſita, introrſum tenuiora.

TABULA DECIMA SEXTA.

A *Cer* ſcandens, tricoccos, foliis Citri, flore luteo minore. *Plum. Hiſt. Mſſ. T.* 11. *pag.* 107.

BANISTERIA foliis ovatis obpoſitis, floribus terminatricibus corymboſis.
Baniſteria foliis ovatis; ramis dichotomis? *Linn. ſpec. pag.* 427. *No* 5. vide & *H. Cliff. pag.* 169. *No.* 3. ubi & nominis derivatio explicatur.

Folio lata, ovata, acuminata, integra, obpoſita, vix petiolata.
Flores in racemos corymboſos collecti, qui in tres plerumque pedunculos proprios ſub-diviſi ſunt, ad quorum divaricationem, uti & per totum corymbum foliola ſparſa ſunt oblongo-acuta, obpoſita, ac ſeſſilia.
Florum petala vix crenata ſunt.
Fructus ſex alas ſurſum majores lanceolatas, ac totidem minores ſimplices deorſum mittit, hinc de *Triopteri* multum participat.

TABULA DECIMA SEPTIMA.

A *Geratum* folio & facie Rapunculi. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 19. & *Tournef. p.* 652.

PHLOX foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis lanceolatis, obpoſitis.

Folia radicalia ovato-lanceolota, ad radicem ſeſſilia, undique eam cingentia, caulina vero anguſta ſunt, lanceolata, integerrima, ſeſſilia, obpoſita.
Caules erecti, ſimplices, indiviſi.
Racemus florum terminatrix ſimplex.
Flores obpoſiti, ſeſſiles, hypocrateriformes, limbo quinquefido, emarginato conſtantes.
Fructus eſt capſula oblonga, obtuſa, trivalvis, ſemina minutiſſima continens, uti in Figuris adjectis adparet.

Obſervatio. Lychnidea hoc genus a *Plukenetio* primum fuit vocatum, qui plures habet ſpecies ex America omnes delatas, quas egregie enucleat, & porro illuſtrat Clariſſ. *Dillenius* in *Horto Eltham. pag.* 203. ubi & hujus generis characterem definit juxta Tournefortii methodum, nunc autem a Cl. *Linnæo* vocatur *Phlox*, cujus novem enumerat ſpecies, in Virginia itidem ſeu America ortas in *Spec. pl. pag.* 151. &c. ita ut omnes hujus generis ſpecies, quotquot adhuc innotuerunt, Americam agnoſcant patriam, quod & idem teſtatur *Dillenius l. c.*

TABULA DECIMA OCTAVA.

A *Hovai* Nerii folio, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 20.

CERBERA foliis linearibus, longiſſimis, confertis. *Linn. ſpec. pl. p.* 209. *No.* 3.
Thevetia Linn. H. Cliff. p. 76. *Roy. pr. lugd. p.* 413.
Nerio adfinis, anguſtifolia, lacteſcens, flore luteo. *Plukn. Alm. p.* 253. *Tab.* 207. *Fig.* 2.
Yccotli Hernand. Hiſt. Mexic. pag. 443.

Planta fruteſcens & lacteſcens, caule ſcabro, rotundo.
Folia linearia, longiſſima, confertiſſima, ſeſſilia.
Flores pedunculis inſident longis, ſtrictis, plerumque trifidis vel geminis, ſuntque ingentes, monopetali, antequam aperti infundibiliformes, deinde in quinque ſeſe aperiunt petala obtuſa, oblonga, uti in Figura adparet A.
Fructus carnoſus eſt, oblongus *B. Officulum* continens obtuſum C.
Nucleum tegens D oblongo-acutum, uti in adjectis iconibus patet.

TABULA DECIMA NONA.

ALcea hirſutiſſima, fruteſcens. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 2. *Tourn. pag.* 98.

SIDA foliis palmatis, caule hiſpido, involucro quinquepartito.

Radix ex plurimis fibrillis longitudinalibus conſtat.
Folia palmata, ſinuata, ſerrata, quinqueloba, quorum tres lobi interiores majores, bini exteriores tanquam adpendices minores.
Caules retrorſum toti quanti undique hiſpidi.

TAB. XIX.

TAB. XX.

ALPINIA

TAB. XVIII.

CERBERA foliis
linearibus, longiſſimis.



Involucrum magnum, patens, ex quinque foliolis inæqualibus, ſeſſilibus, panduræ formibus compoſitum.

Flores in faſciculum congeſti, ſeſſiles, rotati A, hirti B, quorum quivis ſuo calice C duplo fere longiore & anguſto continetur, qui in fructu etiam perſiſtit, uti in Figuris ſeparatis patet.

Obſervatio. Planta eſt paludoſa, quæ in hortos transplantata, gracilis ac multo tenerior eſt, videturque proxime adcedere illi plantæ, quæ *Sida* capitulis pedunculatis triphyllis ſeptem floris vocatur a *Linnæo* in *ſpec. pl. p.* 685. *No.* 10. & *Malva* caule erecto hiſpido, foliis erectis, crenatis, difformibus *Roy. Prodr. Leid. p.* 357. ubi jungitur plantæ, quæ Malva fruteſcens, hirſuta, floribus luteis in capitulum congeſtis a *Plum. ſpec.* 2, vocatur, cujus vero folia haud profunde ſunt inciſa, & involucrum modo triphyllum eſt, quæ infra ad *Malvas* proponetur, cui hæc maxime adfinis eſt, *Malva* vero aſpera aquatica &c. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 217. *Tab.* 137. *Fig.* 1. quoad figuram huic minime adcedit.

TABULA VIGESIMA.

ALpina racemoſa, alba, Cannacori foliis. *Plum. nov. gen. pag.* 26. *Tab.* 11.

ALPINIA *Roy. pr. Leid. p.* 12. *Linn. ſpec. pl. p.* 2.

Zinziber ſilveſtre minus, fructu e caulium ſummitate exeunte. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 165. *Tab.* 105. *Fig.* 12.

Paco ſeroca. *Marcgr. Braſil.* 48.

Radix nodoſa, plurimas deorſum emittens fibras longitudinales, prorepentes, ſurſum vero plurimos ſtolones, qui faſciculum plantarum formant intricatum.

Folia breviſſimis ex caulibus, fere radicalia, ſurſum ſeſe erigunt alternata, parum undulata, acuminata, ſtriata, nervoſa, caulem laxa baſi inveſtientia.

Scapus racemum continet plurimis ex floribus conſtantem.

Flos ipſe juxta *Plumieri* methodum monopetalus eſt *A* anomalus, tubuloſus, perſonatas, trifidus, cujus pars anterior excavata & alata eſt *aa*, poſterior vero in annulum deſinit, piſtillo *B* floris trajectum. Calix vero *C* abit in *Fructum* D ovatum, trifidum, ſeminibus fætum *E* tenuibus capillamentis placentæ *F* adfixis, quæ *ſemina* ſunt trigona obtuſa, irregularia *G*.

Fructus autem racemo undique arcte adcreſcunt copioſiſſimi, ovati, ſtriati, coronula ſeu umbilico notati, quales in Figura racemi adjecta conſpiciuntur.

Obſervatio. Planta hæc ex toto ſuo habitu modoque creſcendi inſtar Zingiberis facile declarat aromaticis herbis eſſe annumerandam, qua-

les ſunt Cardamomum, Amomum, Zedoaria, Zingiber, Galanga, ſimilesque; mirum tamen eſt, Aromaticam hanc plantam adeo raram & minus cognitam eſſe, quum cætera aromata ubique fere proſtent, putoque ad Zingiber proxime pertinere, illamque *Sloanei* ſuprà adlegatam, ſi non eandem, ſaltem hujus minorem eſſe ſpeciem.

In honorem *Proſperi* Alpini, Medici ac Botanici inſignis, qui variis ſuis operibus de Plantis Ægypti, exoticisque aliis, tum etiam variis Medicis celeberrimus eſt, hæc planta a *Plumiero* fuit dicta ALPINA in novis Plantarum generibus, ipſique conſecrata, ubi & ſummi hujus viri nativitas, fata, & obitus porro commemorantur.

TABULA VIGESIMA PRIMA.

ALſine Auriculæ Urſi foliis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7.

ALSINE foliis radicalibus ſeſſilibus, oblongo-obtuſis, pedunculis nudis.

FIGURA PRIMA.

Alſinæ adfinis, folio Bellidis minoris caule nudo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 87. & *Hiſt. tom.* 1. *p.* 203. *Tab.* 129. *Fig.* 2.

Radix ſimplex, ratione plantæ ſatis craſſa, ad extremum fibrilloſa.

Folia mox e radice ſeſſilia, undique diſperſa, ex anguſta baſi in latum & obtuſum apicem deſinentia, oblonga, integra, venoſa.

Florum cauliculi eodem, quo folia, excreſcunt loco, duplo fere longiores ipſis foliis, nudi, ad medium dichotomi, pedunculos emittentes ſimplices, quibus floſculi bini ternive, ſed diſtinctis ſuis inſident pedunculis, omnibus nudis aphyllis.

Obſervatio. Externa plantæ facies magis ſuaderet eam ad *Samolum* quam ad *Alſinem* pertinere, quum vero in depictâ florum caracter non tam facile ſeſe declaret, quam in vivâ, non auſus fui ipſius auctoris nomen genericum inmutare.

FIGURA SECUNDA.

A *Marantoides* marina, hirſuta, Hálimi folio, ſeu *Polygonum* marinum, hirſutum, Halimi folio. *Plum. Hiſt. Mſſ. T.* IV. *pag.* 94.

GOMPHRENA caule repente, capitulis rotundis, ſeſſilibus, foliis lanceolato-ovatis. *Linn. ſpec. p.* 225. *No.* 8.

Gomphrena caule diffuſo, repente, capitulis ſeſſilibus. *Royen. pr. Leid. p.* 418.

Amarantoides marina, repens, Polygoni folio, capitulis argenteis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 20. Hujus varietas eſt.

Radix.

Fig. 1.

ALSINE foliis radicalibus seſſilibus.

Fig. 2.

GOMPHRENA caule repente, capitulis rotundis, seſſilibus.

CUCUMIS foliis cordatis, tripartitis.

Cucumis foliis pedatis.

Radix ſimplex, deſcendens, in paucas laterales fibrillas diſtincta.
Caulis quam maxime hirſutus, procumbens.
Folia ovato-acuminata, ad utrumque caulis latus ternata, quorum medium maximum, obverſe-ovatum, cuncta ſeſſilia, ad genicula poſita, venoſa, integra, ſucculenta, punctata.
Florum capitula ad alas ſeſſilia, puſilla, coadunata.
Obſervatio. Varietas eſt *Amarantoidis* marinæ repentis Polygoni foliis, *Plum.* cujus folia ovata, in petiolos folio longiores deſinunt, uti monet Cl. *Royenus l. c.* nec caules adeo hirſuti ſunt.

TABULA VIGESIMA SECUNDA.

ANguria fructu parvo, folio tricuſpidato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3.
CUCUMIS foliis cordatis, tripartitis, dentatis, fructu ſolitario ſcabro.

Folia lata, cordata, triloba, acuminata, dentata, petiolata.
Cirrhus ſimplex, foliorum alis obpoſitus.
Flores plures in communi longoque pedunculo.
Fructus ſcaber, turbinatus, pedunculatus, ex foliorum alis excreſcens, in quatuor cellulas diſtinctus, ut in *Figura* marginali conſpicitur.
Obſervatio. Hujus & altera obcurrit ſpecies in collectione *Plumierii*, quæ Anguria triphyllos, parvo fructu in *Catal. pl. Amer. p.* 3. vocatur, & Cucumis triphyllus, fructu variegato dicitur in *Deſcript. pl. Amer. p.* 85. *Tab.* 99. quæ foliatura integerrima, & anguſtiore, ac fructibus pluribus ſimul collectis differt.

TABULA VIGESIMA TERTIA.

ANguria polyphyllos; parvo fructu. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3.
CUCUMIS foliis pedatis, integerrimis, fructu longiſſimo, furcato.

Folia digitata ſunt, ex ſeptem foliolis lanceolatis, integerrimis compoſita, quorum lateralia ſenſim minora ſunt, cuncta venoſa.
Cirrhus ſimplex ad petiolorum ortum.
Pedunculi longiſſimi, multiflori, ſex *flores* utcunque producentes, quorum petala eleganter ſtriata ſunt.
Fructus longiſſimus eſt, ſcaber, ad extremum in clavos bifurcatos diſtinctus, qualis in icone exhibetur.

TABULA VIGESIMA QUARTA.

ANguria fructu parvo, florum segmentis ramosis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3.

TRICHOSANTHES foliis palmatis integerrimis, florum petalis bicornibus.

Folia quinque partita, laciniis lanceolatis, integerrimis, exterioribus minoribus.
Pedunculi longissimi, multiflori.
Flores singularis sunt structuræ, quodvis enim petalum ex apice duas gerit adpendices, lanceolatas, involutas, & instar cornuum sibi obpositas.
Fructus turbinatus est, striatus, in quatuor cellulas distinctus, uti in *Figura* marginali patet.
Cirrhi ad alas simplices quam maxime involuti excrescunt.
Radix hujus plantæ videtur tuber ingens, scaber, sphæricus, saltem quantum ex icone conjicere licet.
Observatio. Ob florum formam hanc plantam ad TRICHOSATHEM *Linnæi* retuli, qui indigitavit hoc nomine plantas Cucurbitaceas, quibus flores sunt pilosi, quum nota essentialis generica in adpendicibus istis inprimis consistat, ac licet nostræ plantæ flores non tam subtiliter fimbriati sint, sed bicornes potius, CERATOSANTHES, si distinctum genus quis constituere velit, dici posset, character autem hic non tanti mihi videtur momenti, ut genera ideo multiplicentur.

TABULA VIGESIMA QUINTA.

INga flore albo fimbriato, fructu dulci. *Plum. nov. gen. p.* 13. *Tab.* 19. ejus characteres.

MIMOSA foliis pinnatis, quinque jugis, petiolo articulato, marginato. *Linn. spec. pl. p.* 516. *No.* 2.
Mimosa inermis, foliis pinnatis, petiolis membranaceis, alatis. *H. Cliff. p.* 209. *No.* 13.
Inga, Belgis *Lotus Marcgr. Hist. Brasil. pag.* 111. & 112. ubi quatuor *Ingæ* species exhibentur.
Arbor siliquosa Brasilienfis, foliis pinnatis, costa media membranulis utrinque exstantibus alata. *Ray. Hist. pl. p.* 1762. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 153. *Hist. Jam. tom.* 2. *p.* 58. *Tab.* 183. *Fig.* 1.

Folia pinnata sunt absque inpari, petiolo communi membranaceo, qui ad pinnas articulatus & emarginatus est.

Fo-



TRICHOSANTHES foliis palmatis.

TAB. XXV.

MIMOSA foliis pinnatis, quinque jugis, petiolo articulato.



Foliola quina paria, lanceolata, integerrima, venoſa, ſeſſilia, infima minima, ſenſim majora, ſuprema maxima, ad articulos obpoſita.
Flores racemoſi ſunt, quam maxime ſtaminoſi, tubo infundibilifomi, qui ulterius a *Plumierio* in *nov. pl. pag.* 13. deſcribuntur & *Tab.* 19. ſeparatim exhibentur.
Legumen ſeu *ſiliqua* mollis eſt, carnoſa, ſtriata, emarginata ſuturâ aculeatâ, obtuſa, quæ transverſim ſecta
Oſſicula prodit irregularia & anomala, uti in figuris marginalibus liquet, & ulterius in *Plumierii* Tabula examinari poſſunt.
Obſervatio. Licet a *Plumierio* ſingulare genus ex hac planta conſtitutum ſit, ex omnibus tamen fructificationis partibus patet, ad *Acacias* ſeu *Mimoſas* re vera pertinere, unde & jure merito a Cl. *Linnæo* in *H. Cliff.* inter eas recenſetur, atque ut melius cum *Mimoſis* ſupra propoſitis conferri poſſet, antequam huic faſciculo finem inponerem, eam hic recenſere volui, licet in ordine Iconum *Plumierianarum* multo inferior locata eſſet.
Notatum autem volo, me characteres ipſos fructificationis, ſingulasque ipſius partes in hoc opere non explicaturum, quum abunde ſatis & diſtinctiſſime apud Syſthematicos, *Plumierum* puta in novis ſuis generibus, *Tournefort.* in *inſtit.* rei Herbariæ, & inprimis apud Cl. *Linnæum* in generibus plantarum inveniantur. Breves enim eſſe ſtudemus.

TABULA VIGESIMA QUINTA. *

A *Butilon* aliud veſicarium, flore luteo minus. *Plum. Hiſtor. Mſſ. T.* IV. *p.* 15.

SIDA foliis cordato-acuminatis, ſerrulatis, capſulis veſicariis obtuſis.
Sida foliis cordatis, ſubrotundis, crenatis, tomentoſis, pericarpiis inflatis, multilocularibus, crenatis, repandis. *Linn. ſpec. pl. p.* 685. *No.* 8.
Abutilon veſicarium criſpum, floribus melinis parvis. *Dillen. H. Eltham. p.* 6. *Tab.* 5.
Abutilon Americanum fructu ſubrotundo, pendulo, e capſulis veſicariis criſpis conflato. *Martin. Dec.* 3. *pag.* & *Tab.* 29. & *Tab.* 33. altera ejus ſpecies, foliis ſeſſilibus &c.

Caulis alternatim inflexus contra ramos.
Folia cordata, ſerrata, acuminata, petiolata.
Pedunculi ex alis ſolitarii, indiviſi, unicum producentes floſculum.
Fructus obtuſus, inflatus, ſtriatus, uti videtur, pentagonus, ex alis pendulus, ſemina utrimque terna in quovis nempe loculo producens, reniformia, uti in ſeparatis conſpicitur iconibus.
Obſervatio. Noſtra planta ramoſa magis eſt, nec puſilla iſta folia ex majoribus orta profert, uti recte monet Cl. *Dillenius* in *Horto Eltham. pag.* 7. ac *Martinii* planta longiores gerit foliorum petiolos, quæ nec

ita ſerrata ſunt, cæterum ſatis conveniunt, quas differentias accidentales autumo, diverſo forte ſolo & cælo adſcribendas, vel figuris non exacte obſervatis.

Icon autem plantæ noſtræ ligno inciſa eſt, quam pro ſpecimine ab artifice quodam olim inſculpendam mihi curaveram, quumque in manus forte jam inciderat, malui eam hic Lectorum oculis ſubmittere, quam totam omittere.

Finis Faſciculi Primi.

ELENCHUS PLANTARUM AMERICANARUM. FASCICULI SECUNDI.

Apocynum foliis Amygdali longioribus. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. *Tourn. inſt. p.* 92.
——— ſcandens, folio Amygdali, ſiliquis Emeri. *Plum.*
——— ——— foliis Lauri, flore albo umbellato.
——— ——— ——— ſiliquarum extrema parte veſtibus hærente.
——— ——— ——— foliis Citri, ſiliquis maculatis.
——— ——— ——— ampliſſimo flore luteo.
Aralia humilis, ſpinoſiſſima, folio Malvæ ſubrotundo.
Ariſtolochia ſcandens, foliis oblongis, radice repente.
——— Ariſari folio umbilicato, flore longiſſimo.
——— flore e viridi flaveſcente, radice repente.
——— folio cordiformi, flore longiſſimo, atropurpureo.
Arum amplis foliis, eſculentum.
—— ampliſſimo folio rubro.
—— ſcandens, maximum, flore flaveſcente.
—— acinis amethyſtinis, flore parvo.
—— amplis foliis acuminatis, & pergamaceis.
Aſter Primulæ veris folio, flore ſingulari purpureo.
—— ——— ——— floſculis tenuiſſimis.
—— ——— ——— flore luteo.
—— acaulos, Hieracii villoſis foliis.
—— fruteſcens, Stæchados citrinæ folio, flore umbellato aureo.
Barbá Jovis lutea, foliis foraminulatis.
Barleria pyramidata, flore cæruleo.
——— ſolani folio, flore coccineo.
——— aculeata, Solani folio anguſtiore, flore cæruleo.
Baubinia aculeata, folio rotundo, emarginato.
——— non aculeata, folio ampliori & bicorni.
Begonia purpurea maxima folio aurito.
——— roſeo flore, folio aurito, minor & glabra.
——— ——— ——— ——— hirſuta.
——— ——— ——— foliis acutioribus auritis & late crenatis.
——— ——— ——— folio orbiculari.
Belladona fruteſcens, flore albo; Nicotianæ foliis.
Bellonia fruteſcens, folio Meliſſæ aſpero.
Bermudiana Palmæ folio, radice bulboſa.
Besleria Meliſſæ Tragi folio.
——— Virgæ aureæ foliis, flore luteo minor & major.
——— ſcandens, criſtata, fructu nigro.

FINIS.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS SECUNDUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud VIDUAM & FILIUM S. SCHOUTEN,
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LVI.

NOBILISSIMO ac CLARISSIMO VIRO,

CAROLO LINNÆO, M. D.

S:Æ: R:GIÆ M:TIS SUECIÆ ARCHIATRO,

PROFESSORI UPSALIÆ DOCTISSIMO,

EQUITI AUR. DE STELLA POLARI,

NEC NON

ACADEM. IMPER. MONSPEL. BEROL.
TOLOS. UPSAL. STOCKH. SOCIO.

SECUNDUM HUNC

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUM.

IN MUTUÆ AMICITIÆ PIGNUS

DICAT

JOANNES BURMANNUS.

NERIUM caule volubili ſuberoſo.

Fig. 1.

NERIUM caule volubili, foliis lanceolatis.

Fig. 2.

CYNANCHUM foliis ovatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS SECUNDUS.

TABULA VIGESIMA SEXTA.

APocynum ſcandens, ſiliquarum extrema parte veſtibus hærente. *Plum. Cat. Pl. Amer. p.* 2. *Tourn. Inſt. p.* 92.

NERIUM caule volubili ſuberoſo, foliis ovatis, ſubtus hirſutis, folliculis baſi apiceque hiſpidis.

Planta eſt caulirepens, ſuberoſa, cujus *Radices* laxæ & vagæ per terram ſeſe diffundunt.

Folia cordato-ovata, acuminata, ſubtus piloſa, petiolata, bina ſibi obpoſita.

Flores inſtar Vincæ, bini ſibi obpoſiti, pedunculis brevioribus, per caulem hiſpidum ſparſi.

Siliquæ geminæ ſimul utrimque dependent, ſubulato-lineares, apice & ad baſin hiſpidæ, qualis & pedunculus communis, unde & veſtibus ſæpius adhærent.

TABULA VIGESIMA SEPTIMA.

APocynum ſcandens, folio Amygdali, ſiliquis Emeri. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 92.

NERIUM caule volubili, foliis lanceolatis, folliculis filiformibus, tortuoſis, longiſſimis, pendulis.

FIGURA PRIMA.

Caulis varie inflexus, filiformis, volubilis.

Folia lanceolata, integra, vix petiolata, obpoſita.

Flores inſtar Vincæ, ex foliorum alis pedunculo longo communi, dein tripartito inſident, utcunque terni.

Siliquæ filiformes, geminatæ, tortuoſæ, longiſſimæ, dependentes.
Semina pappoſa, uti in Figura marginali adparet.

Apocynum ſcandens, foliis Lauri, flore albo, umbellato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. *Tourn. inſt. p.* 92.

CYNANCHUM foliis ovatis, integerrimis, florum pedunculo ex alis longiſſimo.

FIGURA SECUNDA.

Folia ovato-oblonga, vix petiolata, integerrima, bina obpoſita.
Pedunculus communis, longiſſimus, ex foliorum alis, umbellatim flores ſuſtinens.
Caulis volubilis, uti plerumque in hujus generis ſpeciebus huc uſque notis.

TABULA VIGESIMA OCTAVA.

APocynum ſcandens, foliis Citri, ſiliquis maculatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 2. *Tournef. inſt. p.* 92.

NERIUM caule volubili ſcabro, foliis ovato-cordatis, ſiliquis maculatis, ventricoſis.

Caulis vario modo inflexus, ſeu volubilis, ad petiolos articulatus, tuberculis exaſperatus.
Folia cordato-ovata ſunt, acuminata, integra, petiolata, bina obpoſita.
Flores deſunt.
Siliquæ ventricoſæ, acuminatæ, maculatæ, plerumque binæ, rarius ternæ, in quibus
Semina locantur papoſa, ad unum latus excavata, qualia in icone conſpiciuntur *a* ſeparata.
Obſervatio. Plures hujus Nerii ſpecies habet *Plumierius* inter ſuas icones depictas, E. gr. Apocynum ſcandens Nerii flore albo, quod vero *Tab.* 96. *Plantar. Americ. Deſc.* invenitur, dein inter meas quoque invenitur Apocynum ſcandens amplo flore villoſo luteo, ſiliquis anguſtiſſimis, quum vero quam maxime adfines ſint, & in plurimis conveniant cum Neriis in *Theſauro meo Zeylanico* deſcriptis & delineatis, hinc eas hic deſcribere & delineare ſpecies ſuperfluum puto, præterquam quod in *Tab.* 96. *Deſc. pl. Amer.* in eo a noſtra modo differat planta, quod flores ex alis gerit ſolitarios, quum noſtra in vertice plerumque gerat ternos in communi pedunculo, uti in *Theſaur. Zeyl. Tab.* 78. exhibentur.

NERIUM caule volubili fcabro.

PLUMIERIA foliis ovato-oblongis.

TAB. XXX.

ASCLEPIAS foliis lanceolatis.

TABULA VIGESIMA NONA.

APocynum ſcandens, ampliſſimo flore luteo. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 2.

PLUMIERIA foliis ovato-oblongis, caulinis obpoſitis, ramorum verticillatis.

Planta maxima, cujus caulis inferius volubilis, ubi
Folia bina ſibi obponuntur, ſubſeſſilia, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, venoſa, in ramis ſuperioribus ſimilia locantur folia, ſed quatuor quinque ſimul verticillata circa ramos, in quorum faſtigio
Flores excreſcunt plures, ingentes; infundibiliformes, ex pedunculis trigotomis, qui in tres iterum ſubdiviſi ſunt, ſinguli ſuos producentes & ſuſtinentes flores ampliſſimos, elegantes, luteos, qui color ſingularis eſt in harum plantarum familia.
Obſervatio. *Corolla* hujus plantæ adeo cum aliis *Plumieriæ* ſpeciebus convenit, ut ipſis inſerendam cenſuerim, licet fructus adpictus non ſit, qui viciſſitudinem ſtatim dirimeret, quum de genere harum plantarum non viſo fructu, ſæpe incertum ſit aliquid certi conſtituere.

TABULA TRIGESIMA.

APocynum foliis Amygdali longioribus. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 2. *Tourn. inſt. p.* 92.

ASCLEPIAS foliis lanceolatis, glabris, caule ſimplici, umbellis erectis, lateralibus, ſolitariis. *Linn. ſpec. pl. p.* 215. *no.* 7.
Aſclepias caule erecto, ſimplici, annuo, foliis lanceolato-ovatis glabris, pedunculis alternis, umbellis erectis. *Gronov. Fl. Virgin. p.* 27.
Apocynum Perſicariæ mitis folio, corniculis lacteis. *Dillen. H. Eltham. p.* 33. *Tab.* 29. *Fig.* 32.

Folia hujus plantæ ſunt lanceolata, ſinuoſa, venoſa, integerrima, vix petiolata, curtis enim ac craſſis petiolis ad caulium nodos bina ſibi invicem obponuntur, per intervalla duorum circiter transverſalium digitorum.
Florum umbellæ ex alis alternis ſolitariæ, pedunculatæ.
Flores Aſclepiadis copioſiſſimi, petalis reflexis, corniculis erectis.
Siliquæ acuminatæ, pedunculatæ, glaberrimæ.
Semina pappoſa, qualia in ſeparatis conſpiciuntur Figuris.
Obſervatio. Licet hæc planta ab accuratiſſimo *Horti Elthamenſis* auctore, aliisque celebrioribus Botanicis pro una eademque habeatur cum Apocyno Perſicariæ mitis folio, *l. c.* deſcripto, in multis tamen tam

quoad foliorum formam & ortum, quam ipſo caule differt, qui in noſtra planta penitus nodoſus eſt, in illa *Dillenii* glaberrimus, uti Figurarum comparatio examinantem liquido docebit, unde & *Plumierii* plantam juxta ejus iconem hiſce ſubjicere curavi, quam illi *Dillenii* præfero, quum noſtra in patrio ſolo excreverit, illa *Dillenii* in fictili & Hybernaculis, quum plantæ ſæpius faciem ſuam penitus mutent, uti id patet in Figura *Dillenii*, ubi florum pedunculi præter naturam longiſſimi delineati ſunt, qui in patrio ſolo longe breviores ſunt, foliaque noſtræ plantæ alio penitus modo excreſcunt, ita ut tota facies noſtræ plantæ quam maxime variet ab illa *Horti Elthamenſis*.

TABULA TRIGESIMA PRIMA.

A *Ralia* humilis, ſpinoſiſſima, folio Malvæ ſubrotundo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7.

ARALIA ſpinuloſa, folio cordato, ſinuoſo, & crenato, pedunculis dichotomis.

Radix ſimplex, divaricata, trichotoma.
Caules, rami, petioli, & pedunculi ſetis ſpinoſis undique obducti.
Folia cordata, obtuſa, ſinuata, crenata, lævia, petiolata.
Pedunculi dichotomi, ſubdiviſi, ſinguli ſolitarios ſuſtinentes flores.
Obſervatio. Vix videtur *Araliæ* eſſe ſpecies, cum flores in umbellulis non ſint diſpoſiti, quorum examen in planta viva certum definire dein poterit genus.

TABULA TRIGESIMA SECUNDA.

A *Riſtolochia* ſcandens, foliis oblongis, radice repente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. inſt. p.* 163.

ARISTOLOCHIA foliis ovato-oblongis, obtuſis, trinerviis, caule volubili, pedunculis ſolitariis, petiolo longioribus.

FIGURA PRIMA.

Radix craſſa, divaricata, trichotoma, fibrilloſa.
Caulis volubilis, ſimplex, indiviſus, inervis.
Folia ovato-oblonga, trinervia, integerrima, obtuſa, petiolata, alternata.
Pedunculi ex alis ſimplices, petiolo triplo longiores, ſimplicem & ingentem ſuſtinentes florem, cujus baſis duobus lobis inſtructa eſt, quod peculiare eſt in hujus floris corolla.

Fructus

TAB. XXXI.



ARALIA spinulosa, folio cordato.

Fig. 1. ARISTOLOCHIA foliis ovato-oblongis, obtusis.

Fig. 2.

ARISTOLOCHIA foliis reniformibus peltatis.

Aristolochia foliis cordatis, obtusis.

Fructus ſtriatus, oblongus, glaber, in ſex cellulas diviſus.
Semina cordiformia, uti in Figuris marginalibus.

ARiſtolochia Ariſari folio umbilicato, flore longiſſimo, radice repente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. inſt.* 163.

ARISTOLOCHIA foliis reniformibus peltatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 960. *no.* 3.

FIGURA SECUNDA.

Caulis flexuoſus, ſimplex, indiviſus.
Folia per caulem ſparſa, reniformia, peltata, integra, venoſa, petiolata, alternata, in quibus petiolus inſeritur non in ſinu baſeos folii, ſed in ipſo disco, uti in peltatis fit foliis.
Flores ex alis pedunculoſi, ingentes, ſolitarii, extus punctati, intus villoſi, quod huic tantum ſpeciei, quantum novi, proprium eſt.
Obſervatio. Hujus & alia apud *Plumier.* obcurrit ſpecies, quæ *Ariſtolochia* longa, ſcandens, foliis Ferri equini effigie vocatur, & in *deſcript. Pl. Amer. Tab.* 106. exhibetur, quæ *Ariſtolochia* foliis bilobis, a *Linn.* in *ſpec. pl. p.* 960. vocatur.

TABULA TRIGESIMA TERTIA.

ARiſtolochia flore e viridi flaveſcente, radice repente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. inſt. p.* 163.

ARISTOLOCHIA foliis cordatis, obtuſis, ſubtus reticulato-venoſis, caule volubili, floribus ſolitariis.
Ariſtolochia foliis cordato-oblongis, undatis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Linn. ſpec. pl. p.* 961. *no.* 8. vide & *H. Cliff. p.* 432. *no.* 2. quæ forte hujus erit varietas.

Caulis volubilis, varie arcuatus, inermis, infirmus.
Folia profunde cordata, obtuſiſſima, integerrima, petiolata, eleganter & vario modo cancellata, alternata.
Flos erectus, ſolitarius, pedunculo longiore inſidens, ex petioli ala.
Siliquæ dependent compreſſæ, acuminatæ, hexagonæ, ſtriatæ, quæ transverſim ſectæ ſtellulam exhibent, quæ formatur ex ſex cellulis ſeu ſegmentis, in quibus ſemina reconduntur, uti in ſeparata patet Figura.

TABULA TRIGESIMA QUARTA.

A *Riſtolochia;* folio cordiformi, flore longiſſimo, atropurpureo, radice repente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. inſt. p.* 163.

ARISTOLOCHIA foliis cordato-oblongis, planis, caulibus infirmis, flexuoſis, teretibus, floribus ſolitariis. *Linn. ſpec. pl. p.* 961. *no.* 9.
Ariſtolochia caulibus infirmis, anguloſis, flexuoſis, foliis cordato-oblongis, planis, floribus recurvis ſolitariis. *Gronov. Fl. Virgin. pag.* 112.

Caulis debilis, decumbens, divaricatus, uti in Figura marginali.
Rami flexuoſi, infirmi, inerves.
Folia profunde cordata, acuminata, obtuſiuſcula, integerrima, venoſa, petiolata.
Flores longiſſimi, ex foliorum alis erecti, pedunculis longioribus.
Siliqua ſubrotunda, ſtriata, ſex capſularis, uti in Figura ſeparata.
Semina difformia, ſeu irregularia, plana.
Obſervatio. Hujus & alia obcurrit ſpecies apud *Plumier. pag.* 5, quæ Ariſtolochia folio hederaceo, trifido, maximo flore, radice repente vocatur, & a *Linnæo* in *ſpec. pl. p.* 960. *no.* 2. *Ariſtolochia* foliis trilobis. Eſtque Ambuyæmbo *Marcgr. hiſt. Braſil. p.* 15. ubi icon. quæ noſtræ videtur varietas, ac *Serpentaria* vulgo vocatur, ſed ab illa Officinarum diſſert foliis cordato ovatis, caule brevi &c.

TABULA TRIGESIMA QUINTA.

A *Rum* amplis foliis eſculentum. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 4.

ARUM acaule, foliis ſagittatis, triangulis, angulis extrorſum flexis, acutis. *Roy. pr. Fl. Leid. p.* 8. *no.* 9.

Arum acaule, foliis ſagittatis, triangulis, acutis, angulis extrorſum flexis acutis. *Linn. H. Cliff. p.* 435. *no.* 3.
Arum acaule, foliis ſagittatis, triangulis, angulis divaricatis, acutis. *Linn. ſpec. p.* 966. *no.* 11.
Arum minus, eſculentum, ſagittariæ foliis viridi nigricantibus, *Sloan. Cat. Jam.* 63. *Hiſt. vol.* 1. *p.* 167. *Tab.* 106. *Fig.* 1. ubi ſimplex modo folium exhibetur.
Arum minus Sagittariæ foliis. *Plukn. Phyt. Tab.* 149. *Fig.* 2.
Tajaoba ſecunda *Marcgr. Hiſt. Braſil. p.* 36. quæ Colocaſia Braſiliana non lacteſcens, Sagittæ foliis anguſtis ab *Hermanno* in *Parad. Bat. pag.* 87. vocatur, cujus & aliæ ſpecies ad olera uſitatæ a Braſilianis ibi enumerantur.

Radix

Aristolochia foliis cordato-oblongis planis.

ARUM acaule, foliis sagittatis, triangulis.



ARUM acaule, foliis cordatis, obtusis.

Radix noſtræ plantæ craſſa eſt, ex lamellis quaſi ſibi impoſitis conſtans, varias emittens laterales fibrillas ſimplices, indiviſas.
Spatha ſupra terram mox ſeſe aperit geminata, craſſa, ex qua
Folia oriuntur petiolata, cordata, ſagittata, auriculis extrorſum flexis, acuminatis, ſuntque ample extenſa, nervoſa, integra, variique coloris, quum inveniantur rubri & violacei coloris juxta *Plumierium.*
Flores puſilli ſunt, breviſſimi, curtiſque inſidentes pedunculis, prope folia ex ſpatha communi ſimul propullantibus, ita ut tota planta penitus acaulos ſit, ac primaria ejus virtus in radice lateat, quæ edulis eſt, gratumque præbet incolis cibum.
Obſervatio. Diſtinguitur facile hoc Arum ab Aro maculato vulgari, non tantum quod majus ſit, ſed & quod pedunculi breviſſimi, & longe breviores petiolis foliorum ex communi vagina excreſcant.

TABULA TRIGESIMA SEXTA.

ARUM *Rum* ampliſſimo folio, flore & fructu rubro. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 4. *T. inſt.* 159.

ARUM acaule, foliis cordatis, obtuſis cum acumine, angulis rotundatis. *Linn. H. Cliff. pag.* 435. *no.* 7. ubi deſcriptio huic optime conveniens.
Arum acaule foliis cordatis, obtuſis, mucronatis, angulis rotundatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 966. *no.* 9.

Radix imbricata ex nodulis plurimis, ſeu nodoſa penitus, ex quovis nodo ſimplicem emittens fibrillam indiviſam.
Folia cordata, ſeu peltata uſque ad petiolum, angulis rotundatis, venoſa, leviter ſinuoſa, acuminata, integerrima.
Petiolus radicatus eſt, erectus, longus, ſuperius teres, inferius ampliatus in membtanam complectentem interiores inſtar vaginæ petiolos.
Flos adpictus non eſt, forte quod rariſſime vel vix floreat; videturque ejus radix quoque edulis, uti prioris ſpeciei.
Obſervatio. Proxime huic plantæ convenit, ac forte tantum varietas hujus eſt Arum amplis foliis cordiformibus, radice nodoſa rubra *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 4, quod eſt *Dracontium* amplis foliis cordatis, radice nodoſa rubra *Plum. Deſc. pl. Amer. p.* 48. *T.* 63. quum vero hoc intra baccarum rudimenta, evidentia petala gerat, nec ſpadix ſupreme nudus ſit, hinc vera *Dracontii* ſpecies habenda eſt; ac proinde vocari poſſet *Dracontium* foliis cordatis, transverſe nervoſis, petiolis lævibus, flore nutante, quod, ſi in noſtra icone flores additi eſſent, pro certo definiri poſſet.

TABULA TRIGESIMA SEPTIMA.

A *Rum* ſcandens, maximum, flore flaveſcente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 4. *Tourn. inſt. p.* 160.

ARUM cauleſcens, radicans, foliis cordatis, petiolis apice attenuatis.

Caulis adſcendens, ad alas fibrillas radicales undique emittens, ubi & nodoſus eſt.

Folia ſunt ovata, acuminata, ſeu cordato-ovata, integerrima, majoribus diſtincta nervis, inter quos venulæ laterales plurimæ parallelæ decurrunt, uti in Foliatura majore conſpicitur.

Petioli longiſſimi, lati, membranacei, ſuperne prope foliorum ortum ſimplices, & attenuati.

Flos longiſſimus, *Spatha* contracta, uti in ſeparatis patet Figuris A & B.

Obſervatio. Hæc quoque ſpecies flores rariſſime profert, ac fructificationis loco inſervire videntur fibrillæ radicales caulinæ, quod in plurimis obtinet plantis raro florentibus, quæ loco florum fibrillis talibus luxuriant, quibus ſeſe propagant, quæ hinc *ſteriles* quoque ſunt quo ad fructificationem, quod *Plumierius* etiam confirmat, qui in *deſcript. Plant. Amer.* a *pag.* 37. ad 40. quatuor proponit *Colocaſiæ* ſeu hujus *Ari* ſpecies, eodem modo ex caulibus fibrillas ſuas emittentes, quum non vel rariſſime floreant, ipſi etiam *ſteriles* dictæ ſunt, harum vero unam inter depictas meas icones florentem ſervo, cujus flos ex caulis nodo ſimplex erigitur, longo inſidens craſſoque pedunculo, vocaturque *Plumierio* Arum ſcandens ampliſſimis foliis, flore albo, noſtræ vero ſimplex folium cum caule *Tab.* 52. *Pl. Amer.* exhibetur, nominaturque ibi *Colocaſia* hederacea, ſterilis, latifolia.

TABULA TRIGESIMA OCTAVA.

A *Rum* acinis amethyſtinis, flore parvo. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 4. *Tourn. inſt. p.* 160.

DRACONTIUM foliis cordatis, longitudinaliter nervoſis, petiolis radicalibus pedunculo longioribus, flore nutante.

Radix ex pluribus nodis inbricatim ſibi inpoſitis conſtat, unde penitus nodoſa, quæ fibrillas laterales hinc inde emittit primo ſimplices, ad extremum vero in plurimas fibrillulas diſtinctas.

Folia



ARUM caulescens, radicans, foliis cordatis.

DRACONTIUM foliis cordatis, longitudinaliter nervosis .

TAB. XXXIX.

DRACONTIUM acaule, foliis lanceolatis, ferratis.

Folia cordata ſunt, acuminata, profunde ab baſin inciſa, angulis rotundis obtuſiſque.

Petioli longiſſimi ſunt, radicales, ſuperne teretes, inferne extenſi in membranam latam, interiores loco vaginæ complectentes petiolos.

Pedunculi duplo & triplo breviores, inter petiolos ortum ducentes, ſpatham minimam gerentes lanceolatam, involventem parvum florem, qui in ſpadicem excreſcit dependentem, utcunque inflexum.

Obſervatio. Hæc planta vix videtur Ari ſpecies, cum ſpadix undique floſculis tectus ſit, unde potius eſt ſpecies Dracontii, atque hinc melius vocatur *Dracontium* foliis cordatis, nervis longitudinalibus, petiolis lævibus, flore nutante.

TABULA TRIGESIMA NONA.

A *Rum* amplis foliis, acuminatis, & pergamaceis, ex Inſula Sancti Thomæ. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 4.

DRACONTIUM acaule, foliis lanceolatis, ſerratis, ſpadice declinato.

Radix intricata eſt ex pluribus ſquamis & nodulis, undique ſimplices emittens fibrillas indiviſas.

Folia ex ipſa radice ortum habent, ſubſeſſilia, longiſſima, lanceolata; ſerrata, nervoſa, plurimis intermediis venulis fibrillas mentientibus pertexta, quæ ita firmant folium, ut pergamaceum penitus ſit.

Flores pedunculis inſident longiſſimis, lævibus, ſpatha minima plana acuminata, ſeu lanceolata, ſpadixque longiſſimus, pendulus, inflexus, Saururi ſeu Piperis caudati fructum æmulans.

Obſervatio. Inter *Plumierianas* icones hujus & alia obcurrit ſpecies, quam maxime huic adfinis, quæ Arum foliis rigidis, anguſtis, & acuminatis vocatur in *Hiſt. Pl. Amer.* & *Tab.* 62. exhibetur, & *Dracontii* quoque ſpecies eſt, hujus vero folia ſunt integerrima, nec venis ita pertexta, noſtraque undique ſerrata; Omnesque, quas hic deſcripſi, a nullo antea auctore Iconibus illuſtratæ fuere, licet maxima hujus familiæ ſit cohors, quæ a *Plumierio*, *Hermanno* in *Parad. Batav.* uti & in *Horto Malabarico*, & a *Rumphio* in *Herbario Amboin.* *Sloaneo* in *Hiſtor. Jamaic.* aliiſque proponuntur, ſed quæ nondum exacte in ſpecies ſuas naturales diſtinctæ ſunt, ita ut peritum ſatis exercere valeant Botanicum.

TABULA QUADRAGESIMA.

Aster Primulæ veris folio, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 483.

INULA foliis ſpatulato-lanceolatis, ſerrato-inciſis, obtuſis, ſubvilloſis, calicibus tumentibus.

Helenium Bellifloruм, foliis amplis, Aſphodeli radice. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *pag.* 393. *no.* 26.

Hieracium caule firmo, rigido, ſtriato, foliis longis obtuſis, per marginem dentibus inæqualibus leviter inciſis. *Ray. Hiſt. pl. tom.* 3. *p.* 144. *no.* 71. &c.

FIGURA PRIMA.

Antequam hæc planta caules floreſque producat, externa ſua facie perfecte *Primulam Veris* æmulat, in orbem enim folia ſua profert in ipſa quaſi terra ſeſſilia, anguſtiore baſi ſenſim latiora, lanceolata, crenulata, ac venoſa, copioſa: ex ipſorum centro

Caules ſeu ſcapi exſurgunt floriferi, ſimplices, rariora gerentes folia, alternata, ſeſſilia, profundius crenata, ſenſim minora, ac ſumma vix crenata, ſed ſimpliciter lanceolata.

Flores in caulium ſummo progerminant plures, radiati, lutei, calice ſquamoſo, lato, & inbricato contenti, quales in Tabula conſpiciuntur. Ubi *Litt.* A. juniorem exhibet ſcapum, in quo flores nondum aperti, ac folia lata & profunde crenata, *Litt.* B. Caulis adulti ſumma eſt pars, ubi flores extenſi, ac foliatura contracta, nec crenata, ſed ſinuoſa.

Radix hujus plantæ quam maxime intricata eſt, plurimas demittens ſimplices craſſas inſtar Aſphodeli fibrillas.

Aster acaulos, Hieracii villoſis foliis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10.

TUSSILAGO ſcapo nudo unifloro, foliis lanceolatis, dentatis, villoſis.

Tuſſilago Hieracii folio villoſo. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *pag.* 376. *no.* 7.

FIGURA SECUNDA.

Radix hujus plantæ penitus fibrilloſa eſt, ex pluribus ſimplicibus, ac ſinuoſis conſtans fibrillis, quæ laterales ſimplices capillaceas emittunt fibrillulas.

Folia ex radicis ſummo mox e terra propullulant, cuncta ſeſſilia, in orbem poſita, lanceolata, emarginato-dentata, venoſa, villiſque hinc inde adſperſa.

Scapi

TAB. XL.

INULA foliis ſpatulato-lanceolatis.

Fig. 2.

TUSSILAGO ſcapo nudo unifloro.

INULA foliis ſpatulato-ovatis, ſerratis.

Fig. 1.

Fig. 2.

TUSSILAGO ſcapo unifloro, foliis lyrato ovatis.

Scapi floriferi inter folia e terra quoque mox excreſcunt, nudi, ſimplices, uniflori.

Flores contracti ſunt ac puſilli, erecti, ſquamoſo & inbricato calice contenti, qui ſemina dant ex plurimis quaſi ſtellulis conflata, ac coronata pappo plumoſo, qualia in tabula conſpiciuntur.

TABULA QUADRAGESIMA PRIMA.

ASter Primulæ Veris folio, flore ſingulari purpureo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 14. *Tourn. inſt. p.* 483.

TUSSILAGO ſcapo unifloro, foliis lyrato-ovatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 857. *no.* 1.

Tuſſilago Primulæ Veris folio. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *pag.* 376. *no.* 8.

FIGURA PRIMA.

Radix hujus plantæ haud multum fibroſa eſt, ſimplices enim ac perpendiculares modo in terram demittit fibrillas.

Folia cuncta ſunt radicalia, ſeu ſeſſilia, in orbem expanſa, ovata, dentata, obtuſa, inferius lobato-ſinuata, ſuperius ovata ac venoſa.

Scapus ex ipſa quoque progerminat radice, nudus, longus, uniflorus.

Flos ipſe eſt nutans, calice oblongo ſquamoſo contentus, atque conſtat ex floſculis hermaphroditis plurimis in diſco latentibus A & B, fæminei autem radium formantes prioribus longiores ſunt, piſtillo bifido inſtructi C. Semina pappoſa ſunt tenuiſſima ciliaria D. D.

Obſervatio. Mirum fane videbitur plantarum ſcrutatoribus, quod plantam *Americanam* conjunxerim cum *Siberica*, ſed ex communicatione *Clariſſ. Linnæi* hanc plantam ad illam Tuſſilaginem retuli, quæ ab ipſo in *Hort. Upſal. Tab.* 3. *Fig.* 1. & a *Gmelin.* in *Flor. Siber. tom.* 2. *Tab.* 68. *Fig.* 1. exhibetur, ſcribit enim *Linnæus* mihi de hac inquirenti, adeo ſimilis eſt *Plumierii* planta cum noſtrâ, ut non audeam hanc ſpecie diſtinguere, conveniunt enim radix, folia, ſcapi, & flores; ſed in mea flos non nutans, & calix *Plumierii* magis ſquamoſus eſt; nec non color floris purpureus, qui in noſtra albus, vel parum admodum ad purpureum vergens. Niſi videam illam propriis oculis, non agnoſcam diverſam a Siberica, accedit, quod in ſolo calidiore etiam mea planta evadat major: de qua porro vide *Linnæi Amœnitat. Academ. volum.* 1. *pag.* 161. &c. in *diſſert.* de *Anandria.*

ASter Primulæ Veris foliis, ſemi floſculis tenuiſſimis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10.

INULA foliis ſpatulato-ovatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis.

FIGURA SECUNDA.

Helenium Virgæ paſtoris folio, ſubtus incano & tomentoſo. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *no.* 2. item juxta Vaillant.
Aſter Jacobeæ folio ampliſſimo ſubtus incano. *Plum. Cat. pl. p.* 10. & *Tourn. inſt. p.* 484.

Caulis hujus plantæ depictus eſt ſimplex, craſſus, rotundus.
Folia gerens bina ſibi obpoſita per petiolos decurrentia, ſubſeſſilia, ovata, denticulata, acuminata, latiſſima, incana, & tomentoſa.
Flores in ramorum faſtigio bini ſibi obponuntur, longis in pedunculis, ſolitarii, ampli, tenuiſſime diſſecti, ac radiati, qui ex petalis ſimplicibus linearibus conſtant, cæteri diſcum formant, uti in congeneribus.

TABULA QUADRAGESIMA SECUNDA.

Aster fruteſcens, Stæchados Citrinæ folio, flore umbellato aureo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 483.

INULA caule fruticoſo, foliis lanceolatis, dentatis, ſubtus tomentoſis, floribus corymboſis minutis.

Helenium fruteſcens, Agerati folio, ſubtus incano, floribus minimis fere umbellatis. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *p.* 394. *no.* 27.

FIGURA PRIMA.

Planta fruteſcens, ac ramoſa, caules gerens lignoſos, ſimplices.
Folia lanceolata, dentata, ſinuoſa, ac venoſa, ſubtus incana.
Flores corymbum terminant paniculatum, ſuntque illi puſilli, vix radiati, coloris elegantis aurei, in umbellæ formam fere diſpoſiti.

BARBA *Jovis* lutea, foliis foraminulatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 19.

ANTHYLLIS foliis pinnatis, foliolis æqualibus, milleporis.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruteſcens, ramuloſa, glabra.
Folia pinnata, plerumque quinque paria cum inpari extremo, *pinna* alternata.

Fo-

Fig. 3.
JUSTICIA fruticosa, foliis ovatis.

Fig. 2.
ANTHYLLIS foliis pinnatis, foliolis æqualibus, milleporis.

Fig. 1.
INULA caule fruticoso, foliis lanceolatis dentatis.

Fig. 2. BARLERIA ſpinis et floribus axillaribus.

Fig. 1. BARLERIA inermis, foliis ovatis, denticulatis.

A B C D

Foliola ſubrotunda, glabra, punctis quaſi perforata, ſeu foraminuloſa, inſtar Milleporæ.
Flores ſpicati, terminatrices, alternati, lutei.

B*Arleria* pyramidata, flore cæruleo. *Plum. Hiſt. Mſſ.* v. *p.* 52.

JUSTICIA fruticoſa, foliis ovatis, ſpica imbricata, & pyramidata.

FIGURA TERTIA.

Caulis fulcratus, trichotomus, lignoſus.
Folia obpoſita, ovata, oblonga, integerrima, petiolata.
Spicæ terminatrices, pyramidatæ, & imbricatæ.
Bracteæ cordatæ, ſeſſiles, ex quibus floſculi, forma *Adhatodæ* ſeu *Juſticiæ* ſimillimi, uti & tota planta hoc æmulatur genus, atque cum Bem-Curini *H. Malab. tom.* 2. *Tab.* 21. in plurimis convenit, excepto quod hujus ſpicæ ſint magis acutæ, foliaque magis lanceolata.

TABULA QUADRAGESIMA TERTIA.

B*Arleria.* Solani folio, flore coccineo. *Plum. nov. pl. gen. p.* 31.

BARLERIA inermis, foliis ovatis, denticulatis, petiolatis, *Linn. ſpec. pl. pag.* 637. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Caulis articulatus, inermis, ramoſus. *Rami* alternati.
Folia obpoſita, ovata, denticulata, petiolata, acuminata.
Flores laterales ſeu axillares, obpoſiti, ſeſſiles, quorum forma ac ſtructura a *Plum.* in *nov. pl. gen. l. c.* deſcribuntur, ac *Tab.* 31. exhibentur.
Figuræ marginales ſunt A *Germen* cum piſtillo & calice B. *Capſula* trilocularis diſſecta. C *eadem* per longitudinem ſecta, ut *ſeminum ſitus* conſpiciatur. D. *ſemen ipſum* ſubrotundum.
Obſervatio. Si verum ſit, uti in *Plumierii* Iconibus bina modo florum ſtamina conſpiciuntur, quod ſit hæc planta diandria, tum juxta Cl. *Linnæi* ſyſtema hæc quoque pertinet ad *Juſticias*, quum vera *Barleria* quatuor gaudeat ſtaminibus, cæterum hæc bina genera adeo ſunt ſibi adfinia, uti id patet ex florum figura & capſularum ſtructura, ut juxta aliorum methodum facile combinari poſſent.

B*Arleria* aculeata, Solani folio anguſtiore, flore cæruleo. *Plum. nov. pl. gen. p.* 31.

BARLERIA ſpinis & floribus axillaribus, caulibus nodoſis, foliis lanceolatis, dentatis.

Barleria ſpinis axillaribus, foliis lanceolatis denticulatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 636. *no.* 1.

FIGURA SECUNDA.

Caulis ramoſus, articulatus, ad nodos ſpinoſus, ſpinis quatuor pluribusve ex alis armatus.
Folia obpoſita, lanceolata, dentata, ſinuoſa, ac venoſa, ſubſeſſilia.
Flores ex alis ſeſſiles, ſolitarii, puſilli, coloris cærulei.
Obſervatio. Dictum fuit hoc plantarum genus *Barleria* in memoriam Rever. patris *Jacobi Barlier*, qui & *Med. Doct.* & *Botanicus* inſignis fuit, uti conſtat ex ejus Opere poſthumo Botanico de plantis per Hiſpaniam & Italiam obſervatis, aliisque manuſcriptis, quæ in Biblioth. conventus Pariſienſis ſunt cuſtodita.

TABULA QUADRAGESIMA QUARTA.

BAUHINIA aculeata, folio rotundo, emarginato. *Plum. Nov. pl. gen. p.* 23. *Tab.* 13. floris character.

BAUHINIA caule aculateo. *Linn. H. Cliff. p.* 156. *no.* 1. *Tab.* 14. ubi tenellus ſine flore ramulus ac deſcriptio & *Linn. ſpec. pl. p.* 374. *no.* 2. *Roy. pr. p.* 463.

FIGURA PRIMA.

Planta fruteſcens, ramos gerens alternos, craſſos, lignoſos, reclinatos, aculeatos, horum *aculei* ad ramulorum exortum proveniunt gemini, obpoſiti, firmi, acuti, deflexi.
Folia alternata, cordata, in medio bifida, obtuſa, ac rotundata, ſeptinervia, glabra, virentia, vix petiolata.
Flores ex quinque petalis conſtant lanceolatis, quorum latera ſunt inciſa, ſeu profunde crenata, ex ipſorum centro ſurgit piſtillum incurvum, cum novem ſtaminibus ejuſdem formæ, uti in Icone conſpiciuntur.
Siliqua eſt oblonga, plana, acuminata, in tres iſthmos diſtincta, ac ſinuoſa, glabra, fœta ſeminibus tribus reniformibus, uti in ſeparata ſiliqua *A.* adparent.

BAUHINIA non aculeata, folio ampliori & bicorni. *Plum. Nov. pl. gen. p.* 23.

BAUHINIA inermis, foliorum lobis acuminatis, & erectis.

TAB. XLIV.

Fig. 1. BAUHINIA caule aculeato.

Fig. 2. BAUHINIA inermis, foliorum lobis acuminatis.

BEGONIA.

FIGURA SECUNDA.

Bauhinia foliis quinquenerviis, lobis acuminatis, remotiſſimis. *Linn. H. Cliff. pag.* 156. *no.* 2. *Roy. pr. p.* 464.
Bauhinia foliis ovatis: lobis divaricatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 379. *no.* 3.
Naga Valli *H. Malab. tom.* 8. *Tab.* 29. ubi ſine floribus depingitur, ac dicitur, nunquam ibi flores producere.

Caulis fruteſcens, lignoſus, erectus, inermis, ramos gerens alternatos, breves, ad quorum ortum
Folia ſolitaria, alternata, cordata, quinquenervia, ſemibifida, laciniis ovato-acuminatis, erectis, nec ita dehiſcentibus, uti in Figura *H. Cliff.* conſpiciuntur, unde dubito, an *Cl. Linnæus* recte ſuam junxerit cum illa *Plumierii*, quæ eſt folio amplo & bicorni erecto.
Flores in racemum ſimplicem collecti ſunt, ſed longe alius formæ, quam præcedentis ſpeciei, uti Figurarum comparatio docet, peculiare autem in hiſce eſt, quod ſtamen infimum æquali longitudine cum ſtilo producatur.
Siliquæ plerumque ſex ſeptemve dependent, oblongæ, acuminatæ, ſinuoſæ, tetraſpermæ, uti in ſeparata ſiliqua B. conſpicitur.
Obſervatio. BAUHINIA dicta fuit a *Plumierio* in memoriam Clariſſimorum fratrum *Joannis* & *Caſpari Bauhini*, Botanicorum ſui temporis principum, quique variis ſuis operibus tam Botanicis quam Anatomicis & Medicis unicuique Medico noti ſunt; quorum fata ulterius a *Plumier.* in *nov. gen. p.* 23. & *Tourn. inſt. p.* 42. commemorantur.

TABULA QUADRAGESIMA QUINTA.

BEgonia roſeo flore, folio orbiculari. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 20. *T. inſt. p.* 660.

BEGONIA. *Linn. ſpec. pl. pag.* 1056. ubi omnes hujus plantæ recenſentur varietates.

Radix hujus plantæ craſſa eſt ac ramoſa, fibrillas hinc inde emittens varias, ſimplicesque, quibus ſeſe terræ infigit ac prorepit, uti & hæ ſpecies repentiſſimæ ſunt, ac gemmis, quibus ſeſe propagant, refertiſſimæ, ita ut quam luxurioſiſſimæ videantur hæ plantæ, quod ex data Icone facile concludi poteſt.
Folia in hac plantarum familia plerumque ſunt oblique cordata, in hac vero, quam jam deſcribimus, ſunt orbiculata, crenata, umbilicata, ac venoſa, longis firmisque inſidentia petiolis.
Flores duplicis ſunt ſtructuræ, unus enim juxta *Tourneſ. l. c.* ſterilis eſt, atque ex quatuor petalis componitur, quorum bina petala ſunt latiora,

bina anguſtiora, uti in ſeparato flore A conſpicitur, alter vero flos roſaceus quaſi eſt, ex quinque plerumque petalis in orbem poſitis conſtans, uti in flore B apparet, quique calici foliaceo C inſidet.

Fructus trigonus eſt D, alatus E, in tria loculamenta F diviſus, ſemina continens G plurimia, exigua, rotunda.

Obſervatio. Plures hujus plantæ ſunt varietates, quarum folia inprimis differunt angulis acutioribus & obtuſioribus, glabris & hirſutis, uti & magnitudine totius etiam plantæ, ſic omnium maxima eſt

Begonia purpurea & nivea, maxima, folio aurito. *Plum.* Cujus folium *Fig.* 1. in *Tab.* 45. conſpicitur.

Begonia roſeo flore; folio aurito, minor & hirſuta. *Plum.* Cujus folium *Fig.* 2. exprimitur, hujus & altera glabra eſt, ejuſdem penitus ſtructuræ.

Begonia roſeo flore, foliis acutioribus, auritis, & late crenatis. *Plum.* Cujus folium *Fig.* 3. inſculptum eſt.

Begonias vocavit *Cl. Plumierius* haſce plantas in perenne obſervantiæ ſuæ monumentum erga illuſtriſſ. D. *Bégon*, Regi ab intimis conſiliis & rei nauticæ præfectum, teſte Clariſſ. *Tournefortio* in *inſtit. pag.* 660.

TABULA QUADRAGESIMA SEXTA.

Bella Dona fruteſcens, flore albo, Nicotianæ foliis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 1. *Tourn. inſt. p.* 77.

ATROPA caule fruticoſo, foliis ovato-oblongis, pedunculis confertis.

FIGURA PRIMA.

Planta fruteſcens, caules gerens lignoſos, rotundos, glabros, craſſos, e quibus

Folia alternata, lanceolata, integerrima, ſinuoſa, ac venoſa excreſcunt.

Pedunculi umbellati quaſi, numeroſi, uniflori, ex foliorum alis progerminant.

Flores oblongi, tubuloſi, laciniis quinquefidis retroflexis, uti in ſeparato flore A conſpicitur.

Stamina ſunt filamenta quinque, erecta, decurrentia; antheræ haſtatæ, erectæ, uti in flore B diſſecto adparent.

Piſtillum gerit *germen* ſubrotundum, cum *ſtylo* ſubulato, longiſſimo, erecto C. C.

Baccæ ſubrotundæ, ex propriis pedunculis dependentes, calicibus perſiſtentibus D.

Obſervatio. Hujus & alia apud *Plumier.* obcurrit ſpecies, vel potius varietas, quæ Belladona arboreſcens, flore exalbido, Nicotianæ foliis ab eo vocatur.

No-

TAB. XLVI.

Fig. 2.

IXIA foliis ensiformibus.

Fig. 1.

ATROPA caule fruticoso, foliis ovato oblongis.

TAB. XLVII.

BELLONIA

Nomen *Bella dona* Itali huic generi dederunt, quia mulieres vulgari ſpecie utuntur ad fucum, denotatque, quaſi dicatur *Pulchra mulier*, quum ejus ſucco faciei gratum concilient colorem, qui tamen ſæpe lethalis fit, unde Cl. *Linnæus* illud mutavit, *Atropamque* dixit, quum *Atropos* una habeatur furiarum, quæ a veteribus credebatur vitæ fila diſcindere, quæ a *Bella dona*, ſeu pulchra muliere antea nexa fuere, ita ut Antiphraſis ſeu Ironia ſit in denominatione.

B *Ermudiana* Palmæ folio, radice bulboſa; D^ni. Lignon. *Tourn. inſt. p.* 388.

IXIA foliis enſiformibus, plicatis, glabris, caule ramoſo.

Siſyrinchium Americanarum, radice phænicea, foliis plicatis & nervoſis, flore albo. *H. R. Monſp. pag.* 185.

FIGURA SECUNDA.

Radix bulboſa, tunicata inſtar Tulipæ vel Cepæ.
Folia lanceolata, petiolata, ſtriata, nervoſa, ac firma, ſeu longitudinaliter ſecundum nervos plicata.
Flores in racemum collecti, vel potius ſpicati ſunt in caule ramoſo.
Obſervatio. Hæc quam maxime adfinis eſt Siſyrinchio Æthiopico, ramoſo, foliis plicatis nervoſis &c. *Breyn. Centur. pag.* 85. *Tab.* 37. a qua modo floribus albis, & foliis glabris, nec villoſis differt, ſed hæc forte omnia diverſo ſolo & cœlo adſcribenda ſunt.

TABULA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

B *Ellonia* fruteſcens, folio Meliſſæ aſpero. *Plum. nov. pl. gen. p.* 19.

BELLONIA. *Linn. ſpec. pl. p.* 172.

Caulis lignoſus, arboreus.
Folia obpoſita, ovata, inæqualiter ſerrata, ſcabra, & exaſperata, venis obpoſitis ac ſinuoſis, vix petiolata.
Flores in corymbum digeſti, atque per caulem ſparſi, rotati, monopetali, quales a *Plum.* in *nov. gen. Tab.* 31. delineantur.
Fructus eſt ovato-acuminatus A, qui transverſim ſectus B ſeminibus fœtus eſt plurimis exiguis rotundis C.
Obſervatio. In memoriam *Petri Bellonii* hæc planta dicta fuit *Bellonia*, qui vir inprimis inclaruit libro de *Arboribus coniferis* rariſſimo, tum &

aliis Gallicis ſcriptis, quæ a *Plumier.* in *nov. gen. p.* 19. recenſentur, quorum auctor non ſine magno Botanices diſpendio a nefanda latronis manu enecatus fuit, quum plura præclara meditabatur opera.

TABULA QUADRAGESIMA OCTAVA.

BEsleria Meliſſæ Tragi folio. *Plum. nov. pl. gen. p.* 29. *Tab.* 5. Characteres Floris &c.

BESLERIA pedunculis ramoſis, foliis ovatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 619. *no.* 1.

Caulis articulatus, glaber, ac lignoſus.
Folia obpoſita, ovata, petiolata, crenata, nervoſa.
Pedunculi ex ſingula ala ramoſi.
Flores monopetali, anomali, tubulati, quinquefidi A. A.
Fructus eſt Bacca mollis, ovata, B. calice quinquefido C. contenta, quæ transverſim ſecta D. ſemina exhibet minima rotunda E.
Obſervatio. Dicta fuit hæc planta cum ſubſequentibus, *Besleria* in memoriam *Baſilii Besleri* Pharmacopæi Norimbergenſis, qui vir quam maxime inclaruit editione Operis maximi *Horti* nempe *Eyſtetenſis*, de quo porro vide *Plumier.* in *nov. gen. p.* 29.

TABULA QUADRAGESIMA NONA.

BEsleria Virgæ aureæ foliis, flore luteo minor. *Plum. nov. gen. p.* 29.

BESLERIA pedunculis ſimplicibus confertis, foliis lanceolatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 619. *no.* 2.

FIGURA PRIMA.

Caulis lignoſus, articulatus, inæqualis.
Folia obpoſita, lanceolata, vix petiolata, ſerrata, nervoſa.
Pedunculi per caulem & ex alis proveniunt, ſimplices, conferti, & copioſi.
Flores minores, monopetali, tubuloſi, bilabiati A, calice quinquefido B contenti, in fundo gerentes germen ſubulatum C.
Fructus eſt bacca mollis, globoſa D, calici perſiſtenti infixa, fœta ſeminibus minutiſſimis confertis E.

Ob-

TAB. XLVIII.

BESLERIA pedunculis ramosis.

Fig. 2.

Fig. 1.

BESLERIA pedunculis simplicibus confertis.

TAB. L.



BESLERIA pedunculis simplicibus solitariis.

Observatio. Hujus & altera varietas est, quæ *major* a *Plumierio* vocatur, ac folia sua floresque simili profert modo, sed folia ejus sunt multo longiora, angustiora, magisque lanceolata, ac potius crenata, nec ita serrata, quorum unum ad latus *Tab.* 49. *Fig.* 2. exhibui.

Flores itidem alius sunt formæ, irregulares nempe, tubulosi, ac personati *a*, calice magno multifido *b.* contenti.

Fructus magis oblongus est, acuminatus, *c.* transversim sectus, pulpam exhibens *d*, repletam seminibus minutissimis *e.*

TABULA QUINQUAGESIMA.

BESLERIA *Esleria* scandens, cristata, fructu nigro. *Plum. nov. gen. p.* 29.

BESLERIA pedunculis simplicibus solitariis, involucris pentaphyllis. *Linn. spec. pl. p.* 619. *no.* 3.

Caulis repens, ex singulo geniculo fibrillas radicales emittens, ubi *Rami* adscendunt liberi.
Folia ovata, obposita, serrata, petiolata, nervosa.
Pedunculus ex quavis ala solitarius, nudus, uniflorus.
Flos excipitur ab involucro pentaphyllo A, quod constat *Foliolis* cordatis, dentatis, acuminatis, serratis B.
Corolla tubulosa, externe hirsuta est C. limbo quinquefido.
Pistillum mire inflexum est D, germen proferens E.
Stamina in fundo varie complicata & contorta sunt F.
Involucrum post floris lapsum in centro suo *placentam* videtur proferre *hirsutam* G, fœtam *seminibus* numerosissimis H.

Observatio. Non dubium est, quin hæc planta diversi sit generis a præcedentibus, ac penitus distincti, ita ut ad *Martiniam* proxime adcedat, uti notavit quoque Cl. *Linnæus* in *spec. pl. l. c.*

Finis Fasciculi Secundi.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS TERTIUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico;
Atque
Apud VIDUAM & FILIUM S. SCHOUTEN,
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LVI.

NOBILISSIMO ac DOCTISSIMO VIRO,

ANDREÆ ELIÆ BUCHNERO,

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,

POTENTISSIMO BORUSSIÆ REGI

A CONSILIIS INTIMIS,

MEDICINÆ AC PHILOSOPHIÆ NATURALIS

PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO

HALÆ MAGDEBURGICÆ.

IMPERIALIS ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM

PRÆSIDI, ET COMITI PALATINO

CÆSAREO,

HUNC TERTIUM

PLANTARUM AMERICANARUM FASCICULUM

OMNI HONORIS CULTU

OBFERT

JOANNES BURMANNUS.

VERBESINA
foliis alternis, sinuatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS TERTIUS.

TABULA QUINQUAGESIMA PRIMA.

BIdens fruteſcens; Spondylii folio & facie. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. Inſt. p.* 462.

VERBESINA foliis alternis, ſinuatis.

Silphium foliis alternis, pinnato-ſinuatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 919. ubi deſcriptio.
Ceratocephaloides Acanthi foliis. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *p.* 425. *no.* 4.

Planta ferox & fruteſcens, *Caules* gerens craſſos ac ramoſos, alternos, uti in Figura marginali adparet.
Folia pinnatifida, alternata, in quatuor lobos utrinque diſtincta lanceolatos, ac ſinuoſos, cum inpari extremo acuminato, quâ formâ hæc planta perfecte *Spondylii* folia æmulatur.
Flores copioſiſſimi corymboſi, terminatrices in Corymbum compoſitum.
Calix horum nondum explicatus conſpicitur ad Litt. A. *Flos* naturali magnitudine B.
Floſculus femineus radii eſt. C. *Floſculus* hermaphroditus diſci eſt D. *Idem* aucta magnitudine eſt E.
Perianthium, ſeu Calix cum fructu eſt F. *Semen* ipſum eſt. G.
Obſervatio. Plantæ hujus Synonimon adduxit Cl. *Linnæus* in *ſpec. pl.* ad illuſtrationem *Silphii laciniati*, nec potuit aliter ex nomine divinare, quamdiu noſtræ plantæ figura nullibi exſtaret, Folia enim Plumierii plantæ cum Linneana omnino conveniunt, quæque, uti noſtra, inter omnium altiſſima eſt, ac ſæpe *Heliantho* duplo altior, quales veteres fruticoſas vulgo dixerunt. Sed flores noſtræ plantæ longe diverſiſſimi ſunt, & decies minores, ac copioſiores quam in *Linnæi* planta, quique juxta ipſorum fructificationem jam explicatam declarant ad *Verbeſinam*, ni fallor, eſſe amandandam, ad quod genus noſtram itaque ſupra retuli.

TABULA QUINQUAGESIMA SECUNDA.

Bidens frutescens; Ilicis folio, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. Inst. p.* 462.

VERBESINA frutescens, foliis ovatis ac serratis.

Bidens foliis ovatis, serratis, petiolatis, caule fruticoso. *Linn. spec. pl. p.* 833. *no.* 9. & *H. Cliff. p.* 399. ubi descriptio.
Ceratocephalus Ilicis foliis. *Vaill. Act. Paris. ann.* 1720. *p.* 422. *no.* 7.

Caulis fruticosus, internodiis distinctus, ubi folia & rami excrescunt.
Folia opposita, ovata, serrata, superius obtusa, inferius angustata, petiolata.
Rami ex alis laterales excrescunt, simplices, internodiis divisi, ubi folia, uti in caule, progeminant.
Flores ramos terminant terni, pedunculis nudis propriisque insidentes, in quinque petala distincti, quorum
Calix ex sex squamis, ovatis, æqualibus, concavisque constat A.
Flosculus radii femineus B est. *Flosculus* disci hermaphroditus C.
Semen maturum D. *Palea* singularis separata E est.
Observatio. Hanc plantam sub *Bidente* fruticoso in *Horto Cliff. l. c.* proposuit Cl. *Linnæus*, ubi plantam ad siccum specimen ex America delatum pulchre descripsit, sed cum jam defloruerat ex ejus monitu, radium floris non potuit observare, qui indicat plantam hanc ad *Verbesinæ* genus esse amandandam, uti constat ex florum partibus separatis a *Plumierio* adcurate delineatis, quas supra explicui.

TABULA QUINQUAGESIMA TERTIA.

Bidens triphylla, Angelicæ folio, flore radiato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. Inst. p.* 462.

BIDENS foliis ternatis ac crenatis.

Ceratocephalus Americ. Tripteris foliis, acutis, dentatis, flore luteo, radiato. *Vaill. Act. Paris. ann.* 1720. *p.* 424. *no.* 16.

FIGURA PRIMA.

Radix in simplices fibrillas perpendiculares desinit.
Caulis quadrangularis, simplex, articulatus.

Folia

Folia in caule obpoſita, ternata, lanceolata, crenata, glabra, in ramis floriferis, alternata, ternata, minora.

Flores terminatrices, longis propriisque pedunculis inſidentes, ſolitarii, radiati, ex ſex petalis tridentatis conſtantes, radius autem ſæpe in hiſce deſideratur floribus, uti id notum eſt ex pluribus hujus generis ſpeciebus.

Semina ſunt bidentata, in calice erecto contenta, altitudine æquali, & per maturitatem in orbem ſæpius extenſa, uti in icone conſpicitur.

Obſervatio. Proxime hæc planta adcedit ad illam ſpeciem Bidentis, quæ *piloſa* a *Linn.* in *ſpec. pl. p.* 832. *no.* 5. vocatur, & in *H. Cliff. p.* 399. *no.* 2. proponitur, quum hæc in ſuprema caulis parte folia ternata aliquando gerat ſimilis cum noſtra figuræ, tum & quod utriusque plantæ ſemina ſint divaricata, ac ſæpe undique patentia, quum vero *Plumierii* icon cuncta folia tam infima quam ſumma ternata modo pingat, nec ulla pinnata, non audeo eas conjungere, cæterum hæ binæ plantæ quam maxime inter ſeſe conveniunt, alteriusque icon eleganter delineata eſt in *Horto Eltham. Tab.* 43. *Fig.* 51.

Huc quoque ſpectat *Chryſanthemum* Americ. Ciceris folio glabo, Bellidis majoris flore. *Herm. Parad. Bat p.* 124, quod Bidens Americana, trifolia, Leucanthemi flore a *Tourn. Inſt. p.* 462. vocatur, cujus flores ac ſemina cum ſubſequenti planta in multis conveniunt, de qua planta Cl. *Linnæus* latius egit in *Diſſert.* ſeu *Centur.* 1. *Plantar.* Upſal. 1755. *p.* 29. *no.* 84. ubi hujus plantæ deſcriptio habetur abſoluta, notavitque, quod herba ſit *Bidentis frondoſæ*, (quæ in *ſpec. pl. p.* 832. *no.* 4. invenitur) flos vero *Aſteris annui* &c.

Bidens pentaphylla, flore radiato. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 10. *Tourn. Inſt. p.* 462.

BIDENS foliis quinatis, ac ſerratis.

Ceratocephalus foliis Pentapteris, acutis, ſerratis, flore radiato. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *p.* 424. *no.* 18.

FIGURA SECUNDA.

Radix repens, ſimplices demittens bifidas fibrillas.

Caulis quadrangularis, erectus, craſſus, ac nodoſus.

Folia pinnata, quinque in communi petiolo obpoſita, ovata, acuminata, ſerrata, inferius ad unum latus truncata.

Flores obpoſiti, in communi pedunculo quini, quorum petala in radio ſex, oblonga, dentata, glabra; reliqua floris pars, ſeu diſcus ſemifloſculis conſtat in orbem poſitis, qui ſemina dant bidentata, unde huic generi nomen *Bidentis* inpoſitum eſt.

Obſervatio. Planta hæc hodie ſatis frequens eſt in Hortis Botanicorum, & primo intuitu ſeſe diſtinguit flore ſuo radiato albo inſtar Leucanthemi pentaphyllo, obſervandum autem eſt, quod auctor flores multo majores pinxerit, quam ſunt in hortis noſtris, nec ſemina ita divergant, uti in figura conſpiciuntur, vocaturque *Careopſis* foliis pinnatis, ſerratis, radio diverſi colore a Cl. *Linnæo* in *Diſſert.* ſupra memorata.

TABULA QUINQUAGESIMA QUARTA.

BIgnonia arbor, Fraxini folio, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. Inſt. p.* 164.

BIGNONIA foliis pinnatis, foliolis lanceolatis, ſerratis.

Bignonia foliis decompoſitis, foliolis inciſis, articulis cirrhiferis. *Linn. H. Cliff. p.* 317. *no.* 5. & *ſpec. pl. p.* 625. *no.* 11.

Bignonia Americana, lutea, Fraxini folio, ſiliquis anguſtioribus. *Surian. Hort. Sicc.*

Bignonia Fraxini foliis, coccineo flore minore. *Catesb. Hiſt. Carol. tom.* 1. *pag.* 65. *Tab.* 65.

Clematis Americana, Fraxini folio Digitalis flore, erecta. *Plukn. Phyt. Tab.* 162. *Fig.* 4.

Planta arborea, caules gerens lignoſos, erectos, quorum rami *Petiolos* gerunt binos communes obpoſitos, qui per intervalla *Foliola* gerunt quatuor vel tria ſibi in pinna obpoſita, lanceolata, acuminata, profunde, ſerrata vix petiolata, cum inpari ſimili extremo, nullo in exemplari noſtro adparente cirrrho.

Flores in longam terminantur ſpicam, qui monopetali & tubulati ſunt, ſed ipſorum tubus longe brevior eſt, quam in vulgari. Americ. ſpecie, quæ flore phæniceo Fraxini folio a *Tournef.* vocatur.

Siliquæ longæ, lineares, ſimplices ex propriis dependent pedunculis, quarum una per medium ſecta conſpicitur in bina ſepta diviſa, ut ſeminum ſitus adpareat A, quæ coalita ſeu compreſſa, & utrinque alata ſunt, uti in *Fig.* B & C conſpicitur.

Obſervatio. Plumier. folia pinxit ſimpliciter pinnata & obpoſita, uti in Fraxino. *Pluknet.* vero folia delineat non pinnata, ſed bipinnata, ſeu decompoſita, unde & foliis decompoſitis indigitata eſt hæc ſpecies a Cl. *Linnæo*, cui & folia obſervata ſunt tripartita & pinnata in ſpecieminibus ſiccis, ita ut hæc ſpecies maxime variare & ludere videatur, cæterum foliorum figura maxime ſimilis eſt illis Bignoniæ vulgaris, ſeu ſcandentis, ad cujus diſtinctionem hæc arborea quoque dicta eſt a *Plumierio*, quum cirrhis ſit deſtituta, ſed ipſorum loco radiculas forte emittit ad genicula uti Hedera, aliæque arboreſcentes plantæ, quibus aliarum arborum ramos complectuntur, ſi poſſunt hoſce adtingere.

TABULA QUINQUAGESIMA QUINTA.

BIgnonia bifolia, ſcandens, ſiliquis latis, & longioribus, ſemine lato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. Inſt. p.* 164.

BI-

VERBESINA frutescens, foliis ovatis ac serratis.

Fig. 2.

BIDENS foliis quinatis, ac ferratis.

Fig. 1.

BIDENS foliis ternatis ac crenatis.

BIGNONIA foliis pinnatis.

Fig. 2.

BIGNONIA arborea,
foliis pinnatis.

Fig. 1.

BIGNONIA foliis
conjugatis, cirrhosis, pedunculis bifloris.

BIGNONIA foliis conjugatis, cirrhoſis, foliolis ovato-lanceolatis, pedunculis bifloris, ſiliquis linearibus. *Linn. ſpec. pl. p.* 623. *no.* 4.

Bignonia Americana, ſiliquis longioribus, fuſcis, ſemine ſpadiceo magno. *Surian. Hort. Sicc.*

FIGURA PRIMA.

Caulis ſcandens & volubilis.
Petioli oppoſiti.
Folia in ſingulo petiolo bina petiolata, ovato-lanceolata, integerrima.
Cirrhus longus petiolum communem terminat.
Flores bini in eodem pedunculo, ingentes, expanſi.
Siliquæ lineares, læves, longiſſimæ, & latiſſimæ, uti in marginali figura una ab longitudinem diſſecta conſpicitur, atque hiſce a reliquis inprimis diſtinguitur ſpeciebus, ſed quas in hortis raro prodit hæc planta, cæterum pedunculi ſunt biflori, quod non ita in reliquis obſervatur ſpeciebus.

BIgnonia arbor, Buxi folio tenuiore. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. Inſt. p.* 164.

BIGNONIA arborea, foliis pinnatis, rotundis, pedunculis trifloris.

FIGURA SECUNDA.

Caulis lignoſus, arboreus, erectus.
Folia pinnata, *foliola* ſubrotunda, obpoſita, ſeſſilia, venoſa, minima, vix Piſo majora.
Flores in communi pedunculo terni, ingentes, irregulares, quorum limbus eſt ſinuoſus, in quinque inæqualia ſegmenta diſtinctus, horum bina ſuperiora galeam quaſi, tria inferiora barbam mentiuntur.
Siliquæ binæ lineares, glabræ, acuminatæ, digitum longæ, æquales dependent.
Obſervatio. Plumier optime Bignonias diſtinguit in erectas & ſcandentes, ſeu in arboreas & ſarmentá, hæc ſpecies inter arbores numeranda eſt. Sed folia adeo obſcure delineata ſunt, ut fere non auſim determinare, utrum ſint ſimplicia, an vero obpoſita an pinnata, hoc vero mihi videtur probabilius, alioquin enim folia eſſent alternata, quod in hoc genere non congruum eſt, ac negat folium inpar, delineata vero ſunt juxta ipſorum iconem, & nihil certi determino hactenus.

TABULA QUINQUAGESIMA SEXTA.

BIgnonia bifolia, ſcandens, flore violaceo, odoro; fructu ovato, duro. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. Inſt. p.* 164.

BIGNONIA foliis conjugatis, cirrhoſis, foliolis cordato-ovatis, floribus racemoſo paniculatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 623. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Caulis ſcandens.
Petioli obpoſiti.
Folia in quovis petiolo bina obpoſita, petiolata, cordato-ovata, acuminata, ſinuoſa, ac venoſa.
Cirrhus petiolum communem terminat.
Flores racemoſi & corymboſi, irregulares, ex inæqualibus ſegmentis compoſiti, quorum unum maximum ſtilo longius erigitur, reliqua quatuor dependent.
Obſervatio. Plures ſunt Bignoniæ ſcandentis ſpecies foliis conjugatis, ſeu cirrhis biphyllis uti in Lathyris, inter quas hæc ſpecies inprimis diſtincta eſt non tantum floribus numeroſis & inregularibus in paniculam digeſtis, ſed floribus breviſſimis, imo ipſa Catalpa brevioribus, quibus accedit, quod hæc ſpecies inter ſcandentes cirrhis diphillis foliola gerat latiora ac cordata.

BIgnonia bifolia ſcandens, flore luteo purpuraſcente, inodoro, fructu ovato, duro. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. Inſtit. p.* 164.

BIGNONIA foliis ovatis, conjugatis, cirrhiferis, pedunculis unifloris.

Bignonia foliis conjugatis cirrhoſis, foliolis cordato-ovatis &c. *Linn. ſpec. pl. p.* 623. *no.* 5. *Litt. b.*

FIGURA SECUNDA.

Caulis ſcandens.
Petioli oppoſiti.
Folia in quovis petiolo bina obpoſita, petiolata, ovata, obtuſa, minora quam in priore ſpecie.
Cirrhus ex petiolorum alis ad caulem, uti & inter bina folia ad extremum excreſcit juxta iconem.
Flores in longum excreſcunt racemum ad pedunculos binos obpoſitos, quorum quivis unicum modo profert florem ingentem erectum, quorum limbus reliquæque partes magis regulares, multoque majores ſunt quam in priore planta, quam ab hac penitus diverſam cenſeo.

Ob-

Fig. 2.
BIGNONIA
foliis ovatis.

Fig. 1.
BIGNONIA foliis conjugatis, cirrhosis.

TAB. LVII.



BIGNONIA arborea, foliis
ex uno centro ternis.

Obſervatio. Inter Plumierianas icones hujus & alia ſpecies eſt; quæ *Clematis* quadrifolia, flore Digitalis luteo claviculis aduncis vocatur in *deſcr. pl. Amer. p.* 80. *Tab.* 94. quæ *Bignonia* foliis conjugatis cirrho breviſſimo arcuato, tripartito. *Linn. ſpec. pl. p.* 623. *no.* 3. ubi vide reliqua.

TABULA QUINQUAGESIMA SEPTIMA.

BIgnonia arbor, folio ſingulari undulato, ſiliquis longiſſimis, & anguſtiſſimis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5. *Tourn. Inſt. p.* 164.

BIGNONIA arborea, foliis ex uno centro ternis, lanceolatis, & undulatis, ſiliquis anguſtiſſimis.

Bignonia foliis ſimplicibus cordatis, caule erecto, floribus diandris. *Linn. ſpec. pl. p.* 622. *no.* 1.

Planta arborea: *Caules* lignoſi, erecti.
Folia terna utcunque uno ex ortu, lanceolata, ſinuoſa, acuminata, venoſa, petiolata, obpoſita.
Cirrhi nulli.
Flores in caulis extrema parte corymboſi, in pedunculis obpoſitis, regulares, tubuloſi, limbis crenatis, ſeu fimbriatis, diandri, ſtaminibus binis antheriferis, reliquis ternis caſtratis juxta *Linnæum.*
Siliquæ lineares, longiſſimæ, plures ſimul dependentes.
Obſervatio. Hæc planta a Cl. *Linnæo in Hort. Cliffort. p.* 317. cum *Catalpa* vulgo dicta jungitur, licet *Plumierii* icon maxime ab ea differat foliis anguſtioribus magisque lanceolatis, qui vero legit plantas vivas, ſæpius obſervavit in ſolo ſpontaneo nec culto, folia eſſe longe anguſtiora, & per culturam in ſolo pingui ac lætiore longe aliam ſæpius induere formam, ſaltem duplo & triplo latiora eſſe, quod diſcrimen in hortis quotannis etiam videmus in plantis, quæ in fictilibus ſervantur, vel ſuo committuntur genio in libero ſolo. Cæterum convenit hæc planta floribus brevibus, ipſorumque corolla crenata, floribus plurimis paniculatis, ſiliquis teretibus anguſtiſſimis & longiſſimis, caule erecto arboreo, nec ſcandente, & tandem quod primarium eſt foliis ſimplicibus e regione plerumque ternis, quæ nota quam maxime ſpecialis eſt; unicum, quod dubium movere poſſet, eſt foliorum figura anguſtior in icone Plumierii, adeoque hæc planta, ſi non eadem ſit cum *Catalpa*, ſaltem ejus varietas habenda eſſet foliis anguſtioribus.
Conſule porro *Catesbie* & *Kæmpferi* iconem in *Amænit. exotic. p.* 842. videbis obſervationis problema.

TABULA QUINQUAGESIMA OCTAVA.

B *Ignonia* ſcandens bifolia & trifolia, ligno cruce ſignato. *Plum. Hiſt. Mſſ. T. v. p.* 134.

BIGNONIA foliis conjugatis, cirrhoſis, foliolis cordatis, foliis imis ternatis. *Linn. H. Cliff. p.* 317. & *ſpec. pl. p.* 624. *no.* 6. & *Roy pr. fl. L p.* 289.

Bignonia ſcandens, flore atro, flavo, minori, ſubtus albicante &c. *Gronov. fl. Virg. p.* 73.

Pſeudo-Apocynum folliculis maximis, obtuſis, ſeminibus ampliſſimis, alis membranaceis. *Moriſ. Hiſt. pl. tom.* 3. *p.* 612. *Sect.* 15. *Tab.* 3. *Fig.* 16.

Palega Pajaneli. *H. Malab. tom.* 1. *Tab.* 44. *pag.* 77.

Caulis volubilis, punctis inæqualibus ſcaber, ſeu muricatus, quo primo intuitu dignoſcitur.

Medulla caulis & ligni transverſim ſecta crucem repræſentat, uti in ſegmento ligni transverſim diſſecto marginali A adparet, quod in Convolvulo Turbith dicto etiam obſervatur.

Folia inferiora ternata, ſuperiora conjugata bina, cum in aliis hujus generis ſpeciebus inferiora folia ſint ſolitaria, ſeu ſimplicia, peculiare eſt in hac planta, quod in petiolo communi cirrhoſo oriantur, ſuntque hæc folia cuncta petiolata & ovata, non vero cordata.

Flores ex caule racemoſi, bini obpoſiti in curtis pedunculis, ſuntque ingentes, longiſſimo conſtantes tubo, oris æqualibus, intus quatuor conſpiciuntur ſtamina, bina longiora, bina minora, cum piſtillo in medio longiſſimo ſuperne bifido, uti in Figura ſeparata B conſpicitur.

Germen breviſſimum eſt conicum & coronatum C.

Fructus optime repræſentat capſulam vulgi, quam Tabaco replent, ſecumque portant, uti notatur in *H. Cliff. l. c no.* 3

Obſervatio. Hujus & alia obcurrit ſpecies, quæ in communi petiolo ex uno centro quinque gerit folia ovata ac petiolata, floresque ejusdem ſunt formæ illis Catalpæ, quæque *Bignonia* arbor pentaphylla, flore roſeo major & minor, ſiliquis planis a *Plum. Cat pl. Amer. p.* 5. vocatur. Eſtque *Bignonia* foliis digitatis. *Linn. H. Cliff. p.* 497 & *ſpec. pl. p.* 624. *no* 8. quum vero hæc optime a *Catesb.* in *Hiſt. Carol. tom.* 1. *Tab* 37. ſit exhibita, ſuperfluum putavi eam denuo delineare ac deſcribere.

Bignoniam hoc genus vocavit. *Tourn. l. c.* in honorem Illuſtr. Abbatis *Bignonii*, quem ſumma ſemper coluit obſervantia, illius vero tredecim ibi enumerat ſpecies, ſed quum floribus maximè inter ſeſe differant, ad varia forte reduci poſſent genera.

TA-

TAB. LVIII.



BIGNONIA foliis
conjugatis, cirrhosis,
ternatis.

TAB. LIX.

MUSA ſpadice erecto.

TABULA QUINQUAGESIMA NONA.

Bihai ampliſſimis foliis, florum vaſculis coccineis. *Plum. Nov. pl. gen. p.* 50.

MUSA ſpadice erecto. *Linn. ſpec. pl.* 1043. *no.* 2.

Truncus eſt *Culmus* humilior quam in vulgari *Muſa*, teres, glaber, ſeſe expandens, & terminans in

Folia utcunque ſex, ovato-oblonga, obtuſa, patentia, ſeu plana, erecta, glabra, integerrima, nervis transverſalibis e linea longitudinali media ad angulum rectum egredientibus, quales nervi naturali ſuo decurſu in folii majoris ſegmento conſpiciuntur in infima tabulæ parte delineati. Folia autem bina marginalia lacerata lacinias exhibent a ventis agitatas, uti in Muſæ vulgaris foliis etiam ſæpe fit.

Petiolus quivis folium ſuſtinens glaber eſt, baſi latiore reliquos inſtar vaginæ ambiens, ſenſim ſuperne magis contractus & canaliculatus, dein fere ad dimidium prope folium in ſuprema parte teres eſt, atque per totam folii longitudinem decurrit, & ad ejus extremum evaneſcit.

Spadix in ipſo caudicis centro ortum ducit inter vaginas petiolorum, ſimplex, erectus, teres, glaber, varias in ſuprema parte producens ſpathas alternas & inbricatas, intra quas flores phures conjuncti continentur uti in *Muſa*.

Spathæ hæ oblongo-ovatæ, ſeu ovato-acuminatæ, quam arctiſſime ſibi incumbunt, pluriumque gerunt florum acervum, uti ad Litt. A. adparet, e quibus

Flores excreſcunt monopetali, ringentes, in duas partes ſecti, quarum ſuperior erecta reclinata, inferior connivens & declinata, uti ad Litt. B. adparet, cum Nectario C. & ſtaminibus ſex ſubulatis longiſſimis erectis D. germini E inſidentibus.

Fructus eſt carnoſus, trigonus F, obtuſus, fœtus ſeminibus irregularibus G duris & rugoſis, oblongis H, quæ receptaculo columnari adhærent, & ſterilia ſunt.

Obſervatio. Variat hæc planta fructu coccineo, ſubnigro, & variegato, uti notatur a *Plumierio*, qui licet hanc ſeparaverit a vera *Muſa*, ac ſingulare ex utrisque conſtituerit genus in *novis* ſuis *Plantar. generibus*, adeo tamen noſtra ſimilis eſt *Muſæ*, ut vix differentia ſpecifica detegi queat, ac naturæ vim inferre deberemus, ſi ad varia hæ reducantur genera, unde & ſagaciſſimus *Linnæus* has primus optime ad unum retulit genus in *ſpec. pl. l. c.* diſtinxitque eas in MUSAM *ſpadice nutante*, & *ſpadice erecto*, quæ nota realis in binis hiſce obtinet plantis.

Plumier. vero dicit, piſtillum abire in fructum, cum in Muſa calix fiat fructus: Optandum itaque eſſet, ut aliquis in ſolo natali fructificationem hujus accuratius examinaret.

N. B. In ordine jam ſequeretur Icon *Bontiæ*, quæ BONTIA arboreſcens, Thymelææ facie vocatur a *Plum.* in *nov. gen p.* 32. ubi vi-

de; ſed quum hæc quam exactiſſime ſit delineata & deſcripta in *H. Eltham. pag.* 57. *Tab.* 49. ſuperfluum foret, eam hic denuo exhibere.

TABULA SEXAGESIMA.

Borbonia fructu oblongo, nigro, calice coccineo. *Plum. nov. pl. gen. pag.* 4.

LAURUS foliis lanceolatis, nervis transverſalibus, fructus calicibus baccatis. *Linn. H. Cliff. pag.* 154. *ſpec. pl. p.* 370. *no.* 7. *Roy. pr. p.* 226. *Gronov. fl. Virgin. p.* 46.

Laurus Carolinienſis foliis acuminatis, baccis cæruleis pediculis longis nigris inſidentibus. *Catesb. Hiſt. Carol. tom.* 1. *pag.* 63. *Tab.* 63.

Laurus foliis acuminatis, flore albicante, baccis cæruleis, pediculis nigris inſidentibus. *Clayt. Fl. Virg. l. c.*

Arbor inſtar reliquarum *Lauri* ſpecierum elegans, truncum gerens rectum, glabrum, ramosque lignoſos, in quibus

Folia magna, glabra, utrimque attenuata, ſeu lanceolata, acuta, venoſa, nervis diſtincta transverſalibus, vix petiolata.

Flores pedunculis longis inſident ex foliorum alis ortum ducentibus, qui in plures minores ſubdividuntur, ac corymbum florum formant elegantiſſimum, hi autem in ſex petala ſeſe expandunt, quorum unus A ab antica ſeptemfidus, quod rarius, alter B a poſtica parte ſexfidus conſpicitur in tabulæ margine, quales flores plerumque in Lauris exoticis obſervantur.

Fructus autem eſt glandiformis, carnoſus, in bina ſegmenta diviſus, uti in Figuris ſeparatis patet, ubi ad Litt. C Bacca integra eſt fructu oblongo, D eſt bacca globoſa, ſemine transverſim diſſecto.

Obſervatio. Variat hæc arbor fructu oblongo, & globoſo, uti & fructu ex aureo vireſcente juxta *Plumier*, qui ſingulare ex hac arbore conſtituit genus in ſuis *nov. gener. p.* 4. quum vero proxime ad *Laurum* accedat, Cl. *Linnæus*, & cum eo alii præclari Botanici eam Lauro inſeruerunt, ne tamen memoria principis ſummi, & Botanices ardentiſſimi, *Gaſtonis Borbonii* interiret, in ejus honorem aliam plantarum familiam *Borboniæ* nomine indigitavit *Linnæus*, ab hac tamen diverſiſſimam, quæ recenſetur in *ſpec. pl. pag.* 707. de qua dicit in *H. Cliff. p.* 494. „ Genus, quod ſub *Borboniæ* nomine condidit *Plumier*, cum ad *Lau-*
„ *ros* amandari debet, recipio nomen Magni Principis GASTONIS
„ BORBONII ad deſignandum ſempervirens plantarum novum ge-
„ nus, ut ſancta ſit apud omnes, qui rem Botanicam amant, tanti
„ Herois, tanti Botanici, Botanicesque cultoris, & promotoris immor-
„ talis memoria.

TA-

TAB. LX.

LAURUS foliis lanceolatis.



LAURUS foliis compositis, obovatis.

TAB. LXII.



BROMELIA foliis
radicalibus dentato-spinosis.

TABULA SEXAGESIMA PRIMA.

BORBONIA fructu corallino, flore pentapetalo. *Plum. Hiſt. Mſſ. T. VI. p.* 14.

LAURUS foliis compoſitis, obovatis, obtuſis.

Arbor ramoſa, caules gerens ſcabros, e quibus
Folia longis in pinnis excreſcunt pinnata, ſeu compoſita, obverſe-ovata, obtuſa, venoſa, integerrima, per bina paria, inpari extremum claudente, petiolata.
Flores in ramorum ſummo corymboſi, pentapetali.
Fructus Olivæ formes, ſeu Nuces oblongæ, glabræ, pericarpio inſidentes dentato, pedunculatæ, nucleum continentes ovatum, uti in marginalibus conſpicitur ſeparatis partibus, ubi fructus integer cum nucleo integro & diſſecto exhibetur.
Obſervatio. Prior *Borbonia* certiſſima erat Lauri ſpecies, hæc vero arbor toto genere diverſa erit, quamvis fructus ipſi ſatis ſimilis ſit, nullum vero exemplum, quantum ſcio, eſt in hoc arborum ordine foliis compoſitis ſeu pinnatis, uti hæc Borbonia, adeoque genus erit longe aliud, ſed ignotis ſtaminibus & piſtillis nemo facile ex Figura ſola determinabit, ad quodnam pertineat, quod poſterioris ergo erit curæ ex floribus ipſius arboris detegere.
N. B. In collectione harum plantarum ſequitur icon
Breyniæ Elæagni foliis, quum vero hæc jam optime ſit icone expreſſa, ac deſcriptione illuſtrata a *Joanne Philip. Breynio* in nova prodromorum *Jacobi Breynii* editione, ſuperfluum puto eam denuo exhibere, recenſio itaque elegantiſſimæ hujus arboris in memoriam tantorum Botanicorum denominatæ hic ſufficiat, de qua porro vide *Plumier. nov. pl. gen. pag.* 39. & *Royen. pr. pag.* 476. ubi vocatur *Breynia* foliis oblongo-ovalibus, uti & a *Linn.* in *ſpec. pl. p.* 503.

TABULA SEXAGESIMA SECUNDA.

BROMELIA pyramidata, aculeis nigris. *Plum. nov. gen. p.* 46.

BROMELIA foliis radicalibus dentato-ſpinoſis, caulinis integerrimis. *Linn. ſpec. pl. p.* 286. *no.* 5.

Radix puſilla, ſimplex, vix fibroſa.
Folia radicalia, latiſſima, canaliculata, inferius ſeſe amplectentia, ferocia, dentato-ſpinoſa, uti in Ananæ foliis.

Caulina, ſeu floralia ſunt inermia, integerrima, lanceolata, nervoſa.
Florum racemus, ſeu culmus ſimplex eſt, pyramidalis, inferius folia producens, ſuperius, ubi hæc deſinunt, flores profert ſimplices ſine ſquamis, ſeu vaginis, quæ in ſubſequenti adſunt.
Flores ſunt tripetali A, ſtamina gerentes ſex, ejusdem cum corolla longitudinis.
Fructus eſt oblongus B, qui per medium ſectus C ſemina exhibet ordine locata, ac transverſim ſectus ſtellulam format D ipſorum ſitu.
Semina ſunt longiuſcula, glabra, cylindracea fere E.
Obſervatio. Quærit Cl. *Dillenius* in *Hort. Eltham. pag.* 320. num hæc planta ſit eadem cum *Pinguin* Americ. quod mihi minus veroſimile videtur, cum folia noſtræ plantæ Spathacea, quæ in caule integerrima excreſcunt, adeo ſint evidentia, ut primo intuitu eam diſtinguant, quæ in Dillenii planta ſeu *Pinguin* non adparent, ſed ipſorum loco ſquamæ floribus ſubcreſcunt, uti in ſubſequente ſpecie, dein fructus inter ſeſe etiam differunt, uti ex Figurarum comparatione conſtat.

TABULA SEXAGESIMA TERTIA.

B *Romelia* pyramidata, purpurea, foliorum imis aculeatis. *Plum. Hiſt. Mſſ. T. v. p.* 59.

BROMELIA foliis radicalibus brevibus & aculeatis, caulinis longiſſimis & integerrimis, inermibus.

Radix ratione plantæ puſilla, ſimplex, vix fibroſa.
Folia radicalia breviſſima, ſeſſilia, lanceolata, ad oras ſpinoſa, prope radicem minima: *Caulina* ſolitaria, omnium longiſſima, integerrima, enſiformia, avenia, pendula.
Culmus ſimplex, craſſus, articulatus, arundinaceus, in ſummo gerens flores in pyramidem erectos, inter ſquamas tamquam in ſpatha latentes.
Florum corolla tripetala eſt A, quorum ſtamina ſex longiora e flore eminent B, piſtillum autem C ſtaminibus duplo longius eſt, unde & ad Hexandriam monogyniam merito a *Linnæo* hoc genus refertur.
Fructus ovatus eſt D, in tria loculamenta diviſus E, fœtus *ſeminibus* longiuſculis, ac fere cylindraceis F.
Obſervatio. Hæc planta ſeſe maxime diſtinguit a reliquis BROMELIIS, foliis caulinis enſiformibus, integerrimis, longiſſimis, pendulis, de genere autem nihil certi ſtatuere audeo, ſed quum ſtamina pingat longiora *Plumier*, quam ſolent in hoc genere occurrere, & fructum inſtar capſulæ dependentem ex longo pedunculo, nec calicem coronatum, quum calix juxta *Plumierium*, in *Bromeliis* neceſſario abire debeat in fructum ovatum, hinc magis accedit ad *Agave* ſeu *Aloes* genus, quam ad *Bromelias.*

TA-

TAB. LXIII.

BROMELIA foliis radicalibus brevibus et aculeatis.

Fig. 1.

BROMELIA foliis ſerrato-ſpinoſis, obtuſis.

Fig. 2.

BROSSÆA.

TABULA SEXAGESIMA QUARTA.

BRomelia ramoſa & racemoſa, foliis arundinaceis, ſerratis. *Plum. nov. gen. pag.* 46.

BROMELIA foliis ſerrato-ſpinoſis, obtuſis, ſpicis alternis. *Linn. ſpec. pl. p.* 285. *no.* 4.

FIGURA PRIMA.

Radix puſilla.

Folia radicalia, lingulata, obtuſa, ſeſſilia, ſpinulis ſerrata, creberrima, avenia, arundinacea, quibus facile a reliquis congeneribus diſtinguitur.

Scapus ſubnudus, ſimplex.

Spicæ ſimplices, alternæ, laterales, numeroſæ, ſeu ramoſæ, quarum una naturali fere magnitudine in margine Tabulæ exhibetur.

Obſervatio. Species hujus generis quo ad fructus maxime inter ſeſe differunt, uti ex Figurarum comparatione unicuique facile patet. Reliquæ enim hujus generis ſpecies gerunt, vel baccas compoſitas cauli circumpoſitas, vel ſpicatas, vel etiam paniculatas, nulla alia in hoc genere nota eſt, quæ ſpicas habet laterales uti hæc, ita ut hæc planta tam quoad folia, quam quoad ſpicam compoſitam ab omnibus reliquis ſeſe facile diſtinguat. In honorem autem *Olai Bromelii* Medici ſueci celeberrimi ac Botanices peritiſſimi, uti conſtat ex ejus *Flora Gothica*, BROMELIA hoc genus a *Plumierio* in *nov. pl. gener. p.* 46. dicta fuit.

BRoſſæa fruteſcens, flore coccineo, fructu nigro. *Plum. nov. gener. p.* 5.

BROSSÆA. *Linn. ſpec. pl. p.* 1190.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruteſcens, ramos gerens lignoſos, alternatos.

Folia ſimplicia, alternata, ſerrata, ovata, petiolata.

Flores rariores, alterni, ramos terminant, qui ſingularis ſunt ſtructuræ, monopetali, campaniformes fere, calice multifido continentur, & cum *fructu* ulterius examinari poſſunt in *Plumierii Tabula* 17. qui in hoc genere admodum ſingularis eſt, eo quod calix repleatur pulpa, & ipſe ſinuoſis ſit, qui abit in Baccam A. quinque capſularem B. ſeminibus fœtam numeroſis C. quæ capſulam ad dimidium replet, unde ſtructura Baccæ proxime accedit ad *Gualtheriam.*

Plumierius autem hanc plantam in memoriam Medici regii ordinarii D. *Guidonis Broſſæi*, de re Herbaria optime meriti, BROSSÆAM vocavit, ſcripſit autem hic Auctor tractatum Gallicum de natura, virtutibus, & utilitate plantarum, Pariſiis inpreſſum in 4to 1628.

TABULA SEXAGESIMA QUINTA.

BRunsfelsia flore albo, fructu croceo, molli. *Plum. nov. gen. p.* 12.
BRUNSFELSIA. *Linn. spec. pl. pag.* 191.

Planta frutescens, ramos gerens lignosos, scabros, seu tuberculosos.
Folia oblonga, obtusa, seu obverse ovata, integerrima, venosa, petiolata, in summo circa flores minora.
Flores plures speciosi in apice ramorum excrescunt monopetali, ex longo villosoque tubo sese expandentes, & divisi in quinque segmenta sinuosa, ex quorum calice pistillum erigitur longissimum A, quod excrescit in *fructum* globosum B mollem & carnosum, vide *Ludwig. definit. gener. p.* 75. *no.* 93.
Semina in hoc fructu in orbem locantur inter corticem & carnem ad latera pericarpii regularia, subrotunda, uti in fructu C dissecto patet, unde convenit proximè ordine naturali cum *Catesbæa.*
Observatio. Plumierius hanc plantam BRUNSFELSIAM dixit, sacramque fecit memoriæ *Othonis Brunsfelsii*, qui primus in Germania Herbariam medicinam fere exstinctam e tenebris denuo eruere tentavit, scripsitque Herbarium tribus tomis comprehensum, inpressum Argentor. 1537. in Folio.

TABULA SEXAGESIMA SEXTA.

BRyonia Olivæ fructu rubro major. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. *Tourn. instit. p.* 102.

SICYOS foliis cordatis, trilobis, serratis; florum petalis linearibus.

FIGURA PRIMA.

Caulis flexuosus, striatus, glaber, ac viridis.
Folia triloba, cordata, serrata, acuminata, petiolata.
Cirrhus simplex ex petioli ala oritur.
Flos in quinque petala linearia distinctus.
Fructus glaber, Olivæ forma & magnitudine, simplex.
Observatio. Hujus alia species apud *Plum.* in *plantar. Americ. descript* invenitur, *pag.* 83. *Tab.* 97. quæ Bryonia racemosa, foliis Ficulneis vocatur, cujus tamen flores quam maximè ab illis nostræ plantæ differunt, qui singulares ac lineares quasi sunt, quales nulla mihi in hoc genere nota planta gerit, ita ut sine dubio distincta alius generis penitus sit species, nec ad *Bryonias* referenda, summam vero habet similitudinem cum *Sicyos* angulata. *Linn. spec. pl p.* 1013. sed fructus differt. Flos etiam adpictus repræsentat conum intra corollam, qualis fere est sub corolla in *Sicyoide.* Fructus porro glaber est, nec echinatus, quo differt. Si enim fructus in planta hac *Plumierii* sit monospermos, ad *Sicyos* pertinet, uti & facies externa suadet.

Bryo-

TAB. LXV.



BRUNSFELSIA.

TAB. LXVI.

Fig. 2.

MELOTRIA foliis
cordatis, quinque lobis, dentatis.

Fig. 1.

SICYOS foliis cordatis, trilobis, ferratis.

Fig. 2.

CISSAMPELOS
foliis margine
petiolatis.

Fig. 1.

BUCEPHALON.

BRyonia Olivæ fructu rubro, minor. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3.

MELOTRIA foliis cordatis, quinque lobis, dentatis, florum petalis denticulatis.

Melotria Linnæi H. Cliff. pag. 490. *ſpec. pl. p.* 35. *Roy. pr. p.* 528.
Cucumis parva, repens, Virginiana, fructu minimo. *Plukn. Almag. p.* 123. *Tab.* 85. *Fig.* 5.
Cucumis Sinenſis & murinus. *Rumph. Herbar. Ambon. lib.* 9. *Cap.* 41 & 73.

FIGURA SECUNDA.

Caulis hujus plantæ eſt debilis, filiformis, tenuis, lævis.
Folia plana, ſcabra, quinqueloba, haud profunde dentata, baſi cordata,
Cirrhus juxta petiolum excreſcit ſimplex, ſolitarius, involutus.
Pedunculus ex ala ſolitarius, longiſſimus, ſimplex, uniflorus.
Fructus Olivæ-formis, glaber, pendulus, in noſtra planta aliquando geminus juxta iconem.
Obſervatio. Qui pleniorem hujus plantulæ deſiderat deſcriptionem, videat *H. Cliffort.* & *Rumphii Herbarium Amboinenſe*, mire autem variat hæc ratione loci & cœli externa ſua facie modoque creſcendi.

TABULA SEXAGESIMA SEPTIMA.

BUcephalon fructu racemoſo rubro. *Plum. nov. gen. p.* 52.

BUCEPHALON. *Linn. ſpec. pl. pag.* 1190.

FIGURA PRIMA.

Planta fruteſcens, caules gerens lignoſos, alternos.
Folia ovata, acuminata, ſinuoſa, integra, venoſa, alterna, breviſſimis craſſisque petiolis inſidentia.
Spica florum ex ſingula caulis ala ſolitaria.
Flores feminini in icone conſpiciuntur, ſuntque apetali, ſed conſtant ex duobus ſtaminibus erectis *aa*, & inſtar cornu inflexis, quæ germini inſident *b*, unde nominis derivatio intelligitur.
Flores vero maſculini inſtar punctulorum delineati ſunt in icone, quorum formam ex figura nemo determinare poteſt.
Fructus eſt ovatus, ſtriatus *c*, uti videtur trigonus, acuminatus, & carnoſus, continetque officulum fragile *d*, ſeu putamen, uti in diſſecto fructu *d* conſpicitur, quod nucleum includit ſubrotundum, unde eſt bacca

unilocularis, oblonga, ſtriata &c. vide *Ludwich. definit. gener. pl. p.* 313. *no.* 1048.

Obſervatio. Nomen *Bucephalon*, ſeu *Bovis caput* huic generi datum eſt a *Plumierio* ob floris feminei ſimilitudinem, quam habent ſtamina & Embryo cum capite bovis cornibus ſuis ornato, quod peculiare eſt in floribus; ſed hoc idem quoque obtinere in quibusdam fructibus ſeu ſiliquis, haud incongruum mihi viſum fuit re ipſa hac occaſione demonſtrare, unde & talem ſiliquam huic Tabulæ inſculpi ſimul curavi, quæ per Nautam noſtratem olim ex Sina delata fuit, quamque reperi in Gazophylaceo inſtructiſſimo *Wilhelmi van der Meulen*, ſcrutatoris rerum naturalium curioſiſſimi & expertiſſimi, quique amiciſſime hanc mecum communicavit, ex cujus liberalitate benevola hanc publici juris facimus.

Eſt itaque ſiliqua lævis, fuſca, variis prominentiis inæqualis, ſeu protuberans, utrinque deſinens in apicem attenuatum, deorſum flexum, cornu bovinum perfecte referentem, totaque ſiliqua ſimul ſumpta caput æmulatur bovinum cornibus deorſum flexis. Si vero hæc manibus agitatur vel moveatur, officulum ſeu nucleum præbet interne ſonorum, ita ut non dubitandum ſit, quin re vera hæc ſubſtantia ſit ſiliqua unilocularis, cornea, & cornuta, alicujus fruticis vel arboris in *Sina* creſcentis, quam ulteriori curæ & inveſtigationi demandamus illis, qui hanc aliquando frequentant regionem, rerumque naturalium ſtupenda inquirunt, & ſummâ venerantur in Dei gloriam admiratione.

CAPEBA folio orbiculari, non umbilicato. *Plum. nov. gen. p.* 33.

CISSAMPELOS foliis margine petiolatis, integris. *Linn. ſpec. pl. p.* 1032. *no.* 2.

FIGURA SECUNDA.

Caulis ſarmentoſus, flexuoſus, rotundus, glaber.

Folia ſolitaria, alternata, orbiculata, integerrima, glabra, venoſa, longis inſidentia petiolis.

Flores racemoſi, penduli, per intervalla in umbellulam quaſi collecti, cui ſuccreſcit foliolum ſubrotundum, acuminatum.

Floſculi ſunt roſacei, ex quatuor petalis conſtructi, maſculini, ſteriles, in ſuprema racemi parte locati. *Feminei* autem ab his ſeparati *fructum* proferunt, qui eſt *bacca* mollis, ſphærica, continens *ſemen* ſubrotundum rugoſum, uti hæ partes exhibentur ſeparatæ in *Plumierii Tab.* 29.

Obſervatio. Hujus alia obcurrit ſpecies, quæ duplicem habet varietatem folio orbiculari, umbilicato lævi, & umbilicato tomentoſo, quæ *Clematis* baccifera, glabra, villoſo rotundo, & umbilicato folio vocatur a *Plumier.* in *deſcript. Pl. Amer. pag.* 78. *Tab.* 93. eſtque *Ciſſampelos* foliis peltatis, cordatis, emarginatis. *Linn. Mat. Med. p.* 459 & *ſpec. pl. p.* 1031. *no.* 1. ubi vide reliqua.

Hæc



CÆSALPINIA foliis duplicato-pinnatis.

TAB. LXIX.

CHRYSOPHYLLUM.

Hæc vero differt foliis apice non retuſis, & petiolis ſinui folii inſertis, nec ipſo diſco, quum umbilicata ſunt folia: cæterum obſervandum eſt, quod in hoc genere ſint mares & feminæ in diſtinctis etiam plantis, uti in *Smilace*, *Rayania*, & *Dioſcorea*.

TABULA SEXAGESIMA OCTAVA.

C*Æſalpina* polyphylla, aculeis horrida. *Plum. nov. gen. p.* 28.

CÆSALPINIA foliis duplicato-pinnatis, foliolis obovatis, quatuor jugis, floribus ſpicatis.

Cæſalpinia foliolis obovatis integerrimis. *Linn. ſpec. pl. p.* 380. *no.* 1.
Pſeudo-Santalum croceum *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 213. *Hiſt. Jam. tom.* 2. *p.* 184. *Catesb. Hiſt. Carol. tom.* 2. *Tab.* 51.

Planta arborea, ſpinis, vel aculeis numeroſis, breviſſimis, ſimplicibus horrida.
Folia duplicato-pinnata. *Foliola* ſubovata, integerrima, venoſa, quatuor utcunque paria, nec retuſa, vel obverſe-ovata uti in *Catesb.* icone.
Flores in ſpicam collecti, monopetali, anomali, juxta iconem pentandri, quum juxta Linnæi ſyſtema decandri deberent eſſe, quorum piſtillum *a* in Tabula ſeparatum exhibetur.
Legumen planum, acuminatum, glabrum, polyſpermum, fabas continens oblongas, ſtriatas, uti in diſſecta & aperta ſiliqua *b* conſpiciuntur, vide *Ludwich. definit. gener. pl. p.* 313. *no.* 1049.
Obſervatio. Poſt *Plumierii* genera edita, in quibus hanc unicam modo recenſet, plures jam innotuere hujus generis ſpecies, quarum quatuor habet *Linn.* in *ſpec. l. c.*, cæterum hoc genus in memoriam magni *Andreæ Cæſalpini* nomen ſuum obtinuit, qui Romæ inclaruit ſcriptis ſuis, ac præcipue Hiſtoria plantarum, quæ inpreſſa eſt *Florent.* 1583. in quarto, tum & libro de metallicis Romæ 1596.

TABULA SEXAGESIMA NONA.

C*Ainito* folio ſubtus aureo, fructu Olivæ formi. *Plum. nov. gen. p.* 10.

CHRYSOPHYLLUM. *Linn. ſpec. pl p.* 192.

Chryſophyllum foliis ovatis, ſuperne glabris, parallele ſtriatis, ſubtus tomentoſis, nitidis. *Linn. H. Cliff. p.* 491.

Anona foliis ſubtus ferrugineis, fructu majore, lævi, purpureo, ſemine nigro, partim rugoſo, partim glabro. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 206. *Hiſt. tom.* 2. *p.* 170. *Tab.* 229.

Planta arborea, caules gerens lignoſos, glabros, in quibus
Folia alterna, ovato-lanceolata, integerrima, eleganter & parallele ſtriata, ſubtus tomentoſa, petiolata.
Pedunculi laterales ex ſingula folii ala, breves, uniflori, numeroſiſſimi, in orbem poſiti, penduli.
Flores corollam habent campanulatam, laciniis ſex patulis, ſex vero alternis interioribus conniventibus.
Stamina ſunt filamenta quinque ſubulata, & cum laciniis corollæ interioribus alternata. *Stilus* unicus, *ſtigma* ſimplex.
Fructus eſt mollis, carnoſus, oblongus, ſeu Olivæ formis, officulum ſeu putamen gerens oblongum, quod nucleum continet acuminatum, ſemen autem calyptra involvitur, perfecte uti in *Lycio*, unde patet ejus adfinitas, quodque in figuris marginalibus exhibetur, ubi Litt. A eſt *ſemen* intra vaginam. B eſt vagina ſeminis, ſeu *calyptra*, quam alii *Arillum* vocant. C eſt *ſemen nudum*.
Obſervatio. Hujus generis altera eſt varietas, quæ fructum gerit Maliformem, qualis in *Figura Sloanea* adparet, cum qua convenit *Cainito* fructu Maliformi *Plumierii*.
Hanc arborem eſſe ex ordinè illo naturali, quem *Vepreculum* dixit Cl. *Linnæus* in *Philoſ. Botan. pag.* 33. *no.* 54. ex toto ejus habitu videtur verum. Folia enim gerit alternata, flores plures in pedunculis propriis ad alas uti in Rhamnis &c. Calyptra autem ſeminis hanc probe diſtinguit a Rhamnis, a Celaſtro autem differt fructu monococco, cum in *Celaſtro* ſit trilocularis, & ſemina ſimili arillo incluſa.
Nomen hujus generis *Cainito* eſt Barbarum Americanum, quod ex Cl. *Linnæi* doctrina rejiciendum eſt, in cujus locum ſubſtituit *Chryſophyllum*, quia folia hujus generis ſubtus colorem gerunt aureum, vide & *Cl. Ludwich. definit. gener. p.* 23. *no.* 83.

TABULA SEPTUAGESIMA.

CAMARA trifolia, purpuraſcente flore. *Plum. nov. gen. p.* 32.

LANTANA foliis ternis, ſpicis oblongis imbricatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 626. *no.* 1.

Myrobatindum ſpicatum, Viburni foliis ex adverſo ternis. *Vaill. act. Pariſ. ann.* 1722. *p.* 277.

Caules lignoſi, quadragoni, ſtriati, glabri.
Folia e regione terna, ovata, ſerrata, acuminata, vix petiolata.

Pe-

TAB. LXX.

LANTANA foliis ternis.

Fig. 2. LANTANA inermis, foliis obpositis ovatis.

Fig. 1. LANTANA foliis obpositis.

Pedunculi ex alis ſolitarii, nudi, obpoſiti.

Flores ſpicati, *Spica* oblonga, absque involucro imbricata, Flores autem monopetali, perſonati, & anomali juxta *Plum. nov. gen pag.* 31. quorum unus in Tabula prona parte A. alter ſupina B. conſpicitur. C eſt collectio embryonum, quibus flores inſident. D eſt *Fructus* mollis, ſeu *bacca*, in qua locatur *oſſiculum* E ſubrotundum.

Obſervatio. Diſtinctiſſima eſt foliis ternis ad genicula ortis, ſed quærit Cl. *Linnæus* in *ſpec. pl. p.* 627. an ſit varietas *Camaræ annuæ*, quum tota ſua ſtructura ita conveniant inter ſe, præſertim quod in hiſce duabis ſpicæ ſint admodum oblongæ, & foliolis ſubulatis diſtinctæ, quod non ita in reliquis obtinet ſpeciebus, unde haud inepta eſt ejus propoſitio, quum folia cæterum conveniant. Nam folia obpoſita in plantis ſæpe luxuriant foliis ternis, uti quotannis videre eſt in *Lythro*, *Lyſimachia*, *Anagallide*, aliisque non paucis.

TABULA SEPTUAGESIMA PRIMA.

Camara alia, flore variegato, non ſpinoſa. *Plum. nov. gen. p.* 32.

LANTANA foliis obpoſitis, caule inermi, ramoſo, floribus capitato-umbellatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 627. *no.* 3.

Lantana foliis obpoſitis, petiolatis, floribus capitatis. *Linn. H. Cliff. p.* 319. *Roy. pr. p.* 209.

Viburnum Americ. non ſpinoſum, Meliſſæ foliis, floribus coccineis. *Plukn. Almag. p.* 385. *Tab.* 114. *Fig.* 4.

Viburnum Americ. Urticæ foliis, Lamii odore, floribus miniatis. *Commel. H. Amſt. tom.* 1. *p.* 151. *Tab.* 78.

Camara Ruppii Flor. Jenenſ. p. 202.

Camara Lamii folio, flore miſto. *Dill. H. Eltham. p.* 64. *Tab.* 65.

Camara Meliſſæ folio, flore variabili. *Dill. H. Elth. p.* 65. *Tab.* 65.

Myrobatindum Meliſſæ folio, floribus luteis. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1722. *pag.* 276.

FIGURA PRIMA.

Obſervatio. Inter omnes Americanas plantas hæc vulgatiſſima ac notiſſima eſt planta, quæque per ramulos terræ conmiſſos quam facillime propagatur, quumque hæc a variis auctoribus, inprimis in *H. Amſt.* & *Eltham.* (ubi & aliæ hujus obcurrunt varietates) ſit deſcripta, inutile foret eam denuo deſcribere, notatum autem volo, mire variare hanc plantam, faciemque ſuam mutare, ſi liberiori aëri terræque committatur, ſi vero in fictili vel Hypocauſto ſervetur, penitus diverſa adparet, uti & altera in hortis noſtris hujus varietas eſt, quæ caulem ramosque gerit aculeatos, unde & ſpinoſa a *Plumierio* hæc vocatur.

C*Amara* arboreſcens, Salviæ folio. *Plum. nov. gen. p.* 32.

LANTANA inermis, foliis obpoſitis, ovatis, dentatis, floribus capitato-umbellatis, folioſo-involucratis.

Camara Scorodoniæ folio ſplendente, flore croceo. *Dillen. H. Eltham. p.* 67. *Tab.* 57. *Fig.* 67.

Viburnum Americanum, odoratum, folio parvo, orbiculato, floribus & baccis folio interceptis. *Plukn. Almag. p.* 386. *Tab.* 114. *Fig.* 5. *Herm. Parad. Batav. p.* 384.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruteſcens, tenerior præcedente, caules gerens obtuſe quadrangulos, quorum ramuli teneriores, ſed longiores, & rotundiores.

Folia oblongo-ovata, dentata, ſibi obpoſita, oblique venoſa, petiolata, pallide virentia.

Flores in ramulorum ſummo oriuntur, longis inſidentes pedunculis ex foliorum alis obpoſitis, atque in umbellatum capitulum involucro folioſo cinctum colliguntur, coloris eleganter crocei, quorum forma ex *Plumierii* & *Dillenii* deſcriptione ulterius dignoſci poteſt cum reliquis ipſorum partibus.

Obſervatio. Cl. *Linnæus* ſynonymon *Viburni* odorati *Americ. Pluknetii* in *ſpecieb. pl.* junxit *Lantanæ* ſuæ annuæ, tanquam hæ varietates eſſent, ſed quum *annuæ* flores in ſpicam magis, & noſtræ in capitulum umbellatum involucro folioſo cinctum excreſcant, hinc potius ſeparandas cenſui, atque illud ſynonymon huic junxi plantæ, quæ a *Lantana Camara ſpec. pl. no.* 3. etiam differt, quod umbellæ non nudæ, ſeu aphyllæ ſint, ſed foliolis ornatæ, unde & folioſo-involucratas has dixi ad aliarum diſtinctionem.

TABULA SEPTUAGESIMA SECUNDA.

C*Ameraria* lato Myrti folio. *Plum. nov. gen. p.* 18.

CAMERARIA foliis ſubrotundis, utrimque acutis. *Linn. H. Cliff. p.* 76. *ſpec. pl. p.* 210. *no.* 1. *Roy. pr. p.* 413.

FIGURA PRIMA.

Folia ſubovata, acuminata, ſubtus transverſaliter parallele-ſtriata per vaſa ſeu nervos, qui transverſim e nervo longitudinali ad marginem excurrunt inſtar fibrarum parallelarum.

Flo-

B

A

Fig. 2.

CAMERARIA
foliis linearibus.

Fig. 1.

CAMERARIA
foliis ſubrotundis.

Fig. 1.

CAPPARIS
inermis, foliis ovalibus.

Fig. 2.

CAPPARIS inermis,
foliis ovalibus, fructibus ovalibus.

Flores ſupremam ramorum occupant partem, ſuntque monopetali, rotati, quinquefidi, tubuloſi.

Fructus plerumque geminus eſt, ſiliquoſus, auritus, per longitudinem dehiſcens, ſemina condens oblonga, foliacea, & ſquamatim poſita, uti in figuris marginalibus adparet ad A & B.

Obſervatio. Pertinet hoc genus in ordine naturali ad Contortas *Linnæi Phil. Botan. p.* 31. *no.* 29. una cum *Tabernæmontana*; facilis in multiplicando genera *Plumierius* hæc duo diſtinxit genera a *Vinca* ſolummodo ob fructus folliculos divaricatos, cætera enim omnia conveniunt.

Camerariam porro ſeparavit *Plumier.* ob folliculos tantum ab baſin utramque lobo inſtructos a *Tabernæmontanæ* genere, Fructus autem figura in hac familia, uti ex Apocynis conſtat, valde diverſa eſt in eodem genere, unde non opus fuiſſet diſtinguere in duo genera *Tabernæmontanam* & *Camerariam*, atque hæc, quam jam deſcripſimus, diſtinctiſſima eſt ab omnibus *Contortis* ob folia transverſim pulcherrime ſtriata, qualia in *Inophyllo* Zeylanico etiam obſervantur, quibus hæ plantæ primo intuitu facile dignoſcuntur.

C*Ameraria* anguſto Linariæ folio. *Plum. nov. gen. p.* 18.

CAMERARIA foliis linearibus. *Linn. ſpec. pl. p.* 210. *no.* 2.

FIGURA SECUNDA.

Caulis ramoſus, fruteſcens.

Folia linearia, obpoſita, integerrima, nervo medio decurrente.

Flores & *Fructus* ſunt uti in priore ſpecie, ſed longe minores, uti & tota planta.

Obſervatio. In memoriam Joachimi *Camerarii* vocavit hoc genus *Plumier. Camerariam*, qui Epitomem plantarum ſcripſit Andr. *Matthioli* elegantiſſimam, rerumque porro naturalium ſtudioſiſſimus fuit, de ejus fatis vide porro. *Plum. nov. gen. p.* 18.

TABULA SEPTUAGESIMA TERTIA.

C*Apparis* arboreſcens, Lauri foliis, fructu longiſſimo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7. *Tourn. Inſt. p.* 261. flore albo.

CAPPARIS inermis, foliis ovalibus, alternis, perennantibus. *Linn. H. Cliff. p.* 204. *ſpec. pl. p.* 504. *no.* 2.

Cynophallopheros, ſeu penis caninus, Caribæarum arbor, foliis ſubrotundis, clavos pulpiferos phalloides pro ſiliquis gerens. *Plukn. Almag. p.* 126. *Tab.* 172. *Fig.* 4.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.
Folia alternata, ovali-oblonga, obtusa, integerrima, avenia, nervo longitudinali sulcato.
Flores in apice ramorum rariores, ingentes, quadripetali, staminosi.
Capsulæ siliquosæ, pendulæ, teretes, sinuosæ, intus repletæ seminibus glabris, oblongis, uti in siliqua aperta patet.
Observatio. Ob summam adfinitatem, quam hæc arbor gerit cum *Breynia*, inquirit perspicax *Linnæus* in *H. Cliff.* an hæc sit BREYNIA *Plumierii?* quum huc usque nullibi exstaret ejus icon, dein vero hæc pulchre depicta juxta iconem ipsius Plumierii exhibita fuit in Tabula exsculpta curâ *Joan. Philip. Breyni* in nova editione *Prodr. Jacob. Breynii*, ex qua patet, ejus fructum convenire cum hac *Capparide* figurâ suâ, sed differt, quod *Breyniæ* fructus sit siliqua bivalvis, seminibus alternis, majoribus, Pisiformibus. Hujus vero fructus Capparidis non est bivalvis, sed repletus pulpa, in qua semina plurima nidulantia & sparsa locantur, uti ex aperta siliqua conspici potest. Dein *Breyniæ* folia sunt lanceolata, hujus vero ovalia. Adeoque collatis hisce duabus figuris Plumerianis patet CYNOPHALLOPHERUM *Pluknetii* pertinere ad hanc CAPPARIDEM, nec ad BREYNIAM. Flos etiam in nostra planta quadruplo major est, pluribusque gaudet staminibus, quam in *Breynia.*

Capparis alia arborescens, Lauri foliis, fructu oblongo, ovato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7.

CAPPARIS inermis, foliis ovalibus, alternis, perennantibus, fructibus ovalibus.
Capparis inermis, foliis ovato-oblongis, per spatia confertis, perennantibus. *Linn. H. Cliff. p.* 204. *spec. pl. p.* 504. *no.* 3.
Capparis Americ. arborescens, Lauri folio, fructu subrotundo, flore albo. *Tourn. Inst. p.* 261.
Capparis arborescens, Indica *Badukka* dicta, flore tetrapetalo. *Raj. Hist. pl. p.* 1630.
Baducca Hort. Malab. tom. 6. *Tab.* 57.

FIGURA SECUNDA.

Planta, uti prior, arborea.
Folia alterna, avenia quoque, ovalia, obtusa, integra, perennantia.
Flores ramorum summum occupant, uti in priore, ejusdemque formæ, quam maximè staminosi.
Fructus est capsula pendula, longissimo ex pedunculo, ovata, obtusa, qua a priore inprimis differt.
Semina in hoc fructu majora, ossea, & in orbem videntur locata in fructus pulpa.

Ob-

TAB. LXXIV.



TILLANDSIA foliis lineari-lingulatis.

Fig. 1.

TILLANDSIA foliis
ſuperne dentato-ſpinoſis.

Fig. 2.

GERARDIA
foliis ſubovatis
tomentoſis.

G. Siberſma Sculp. 1790

Obſervatio. Hæc arbor ſimillima eſt præcedenti Capparidi, ut, ſi demas fructum, vix diſtinguatur, Fructus vero facillime variant in eadem plantæ ſpecie, uti id patet in Cucurbitis, Peponibus, Melonibus, &c.: Non tamen hic varietatem audeo pronunciare in non viſis hiſce virentibus arboribus, præterquam quod ab omnibus huc usque Botanicis hæ diſtinctæ fuerint habitæ.

TABULA SEPTUAGESIMA QUARTA.

C *Araguata* latifolia, clavata. *Plum. nov. gen. p.* 10.

TILLANDSIA foliis lineari-lingulatis, integerrimis, baſi ventricoſis. *Linn. ſpec. pl. p.* 286. *no.* 3.

Viſcum Caryophylloides, maximum, capitulis in ſummitate conglomeratis. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 189. *Tab.* 120.

Planta eſt paraſitica, creſcens in truncis, & ramis arborum.
Folia confertiſſima, linearia, lingulata, integerrima, baſi ventricoſa, uti in marginali majore adparet.
Flores monopetali, campaniformes, tubuloſi, ad oras plerumque trifidi, hexandri, uti in longitudinaliter aperto flore conſpicitur A, ubi ſtamina cum ſuis antheris delineata ſunt. B *Calix* eſt cum piſtillo. C totus *Flos* eſt cum calice & corolla. D *piſtillum* nudum.
Fructus eſt oblongus, acuminatus, membranaceus, in tres dehiſcens partes, continens ſemina pappoſa, uti in ſubſequenti patet Tabula.
Obſervatio. Plantæ hujus generis paraſiticæ ſunt in ſummis arboribus deſertorum, quarum folia ad baſin dilatata, & arcte canaliculata conſtituunt pelvim (quale folium ad Tabulæ dextram pulchre delineatum eſt baſi latiore concava) Folia vero patentia parte ſuperiore dilatantur in infundibulum, quo colligunt imbres, ut aqua pluvialis depluat in pelvim arctiore collo, ne per calorem climatis exſiccetur, ſed ſervetur pura & limpida pro avibus ſitientibus, animalibus ſcandentibus ut Simiis, & urgente neceſſitate etiam hominibus, mira Naturæ providentia.

TABULA SEPTUAGESIMA QUINTA.

C *Araguata* clavata & ſpicata, foliis ſerratis. *Plum. nov. gen. p.* 10.

TILLANDSIA foliis ſuperne dentato-ſpinoſis. *Linn. ſpec. pl. p.* 286. *no.* 2.

Caraguata Quarta *Piſonis Libr.* IV. *pag.* 194.

FIGURA PRIMA.

Planta paraſitica, in arboribus & putridis creſcens caudicibus, uti præcedens.

Folia longiſſima, aliquot pedes longa, craſſaque ut folia *Ananæ*, tres quatuorve digitos lata, inſtar canalis excavata, atque in ambitu denta-to-ſpinoſa, præſertim ad dimidiam ipſorum partem ſuperiorem aculeis armata ſunt curtis & erectis, inferne glabra ſunt & membranacea, lata baſi ſeſe invicem involventia.

Culmus in ipſorum medio adſurgit, craſſus, arundinaceus, altus, hinc inde foliis veſtitus concavis, acuminatis, ſpinuloſis.

Floris in ſpicam collecti ſunt in caulis ſummo, inter folia ſquamoſa & ſpinuloſa reconditi, unde florum ſpica eleganter variegata eſt.

Floris Corolla longitudinaliter aperta & diſſecta conſpicitur in Tab. *a* ut ſtaminum ſitus cognoſcatur. *b* eſt *Calix* cum *fructu*. *c Semen* cum ſuo pappo. *d Calix* cum *piſtillo*.

Obſervatio. Hujus binæ aliæ ſpecies in *Plum. nov. gen. p.* 10. recenſentur nomine *Caraguatæ* latifoliæ & anguſtifoliæ, quod barbarum & Americanum eſt nomen, atque hinc reputandum, in cujus locum *Tillandſia* reſtituta eſt a Cl. *Linnæo* in memoriam *Eliæ Tillandſii*, primi & unici Botanici, qui quondam in Finlandia floruit, uti notatur in *H. Cliff. pag.* 129. Atque edidit Catalogum plantarum circa Aboam, cum Medicinæ Profeſſor Aboenſis eſſet, ann. 1673. in 8vo. De quo vide *Seguierii Bibl. Botan. pag.* 193. & *Linn. Bibl. Botan. pag.* 122.

GERARDIA humilis, Ruguloſæ foliis, Aſphodeli radice. *Plum. nov. gen. p.* 31.

GERARDIA foliis ſubovatis, tomentoſis, repandis, longitudine caulis. *Linn. ſpec. pl. p.* 610.

FIGURA SECUNDA.

Radix ex plurimis tuberibus, oblongis, perpendicularibus conſtat.

Folia ſubovata, tomentoſa, ſinuoſa, ſeu undulata, margine repando, petiolis longis, craſſis, hirtisque inſidentia.

Caules vix foliis altiores ſunt, in ſummo gerentes flores monopetalos, quorum forma & ſtructura a *Plum.* in *nov. gen p.* 30. *Tab.* 12. ulterius deſcribuntur & exhibentur, ad dextram vero Tabulæ conſpicitur flos a poſtica parte *a*. *b* calix eſt ſeparatus. *c Fructus* calici inſidens.

Obſervatio. Unica modo hujus generis plantula, *Plumierii* tempore nota erat, dictaque a *Plumier.* fuit in memoriam *Joan. Gerardi* Angli, qui hiſtoriam plantarum edidit Anglice, cum Figuris Tabernemontanti Londin. in Fol. 1597.

Nunc autem quinque hujus generis ſpecies recenſentur a *Linn. ſpec. pl. p.* 610. Atque noſtra quam maximam habet cum *Ruelliis* adfinitatem, & ſimilitudinem, inprimis radicibus inſtar Aſphodeli, uti dixit *Plumier.* ſed in noſtra fructus videtur a baſi dehiſcere, nec a ſummitate, uti in *Ruelliis*, qua nota multum recedit ab hiſce.

Finis Faſciculi Tertii.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS QUARTUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud VIDUAM & FILIUM S. SCHOUTEN,
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LVI.

TAB. LXXVI.

Fig. 2.

CASSIA foliolis
trijugatis, ovatis.

A

Fig. 1.

CASSIA foliolis
trijugatis obtusis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS QUARTUS.

TABULA SEPTUAGESIMA SEXTA.

CAssia hexaphylla; ſiliqua bicapſulari. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 18. *Tourn. Inſt. p.* 619.

CASSIA foliolis trijugatis, ovatis, obtuſis; ſiliquis teretibus, ſinuoſis.

Caſſia foliolis trium parium ovatis, glabris, inferioribus rotundioribus; glandula inter infima. *Linn. H. Cliff p.* 159. *Roy. pr. p.* 468.

Caſſia glandula interjecta globoſa &c. *Linn. ſpec. pl. p.* 376. *no.* 5. ubi additur, quod ſit arboreſcens & glaberrima, ac foliola gerat interiora breviora.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, binorum hominum altitudinem & plus apud nos adtingens, rarius hiſce in terris florens, & quaſi arboreſcens.

Rami lignoſi, alterni, ſimplices, glaberrimi, uti & totus plantæ habitus.

Folia pinnata, ex ſex foliolis ſubrotundis, ſeu ovato-obtuſis compoſita, quorum inferiora ſenſim minora ſunt.

Flores ex pinnarum alis excreſcunt, ſpicati quaſi in communi ſimplici pedunculo, ex quo alternatim dependent, vulgaris formæ.

Siliquæ juniotes ſunt lineares, ſeu teretes, & inflexæ, adultæ vero ſunt compreſſæ, ad ſemina toroſæ, futuris utrimque prominulis.

Officula ſubrotunda, glabra, hilo prominente notata, & umbilico longo ſiliquæ juncta, uti in aperta ſiliquæ parte conſpici poteſt in Tabula.

CAssia humilis, ſemine Fœni græci. *Plum. Cas. pl. Amer. p.* 18.

CASSIA foliolis trijugatis, ovatis, exterioribus majoribus, glandula ſubulata inter inferiora. *Linn. ſpec. pl. p.* 376. *no.* 4.

Caſſia foliolis trium parium oblongo-ovatis: glandula ſubulata inter infima. *Roy. pr. p.* 468. *no.* 12.

Cassia siliqua quadrangulari. *Dillen. H. Eltham. p.* 72. *Tab.* 63. *Fig.* 73. & *Thes. Zeyl. p.* 56.
Cassia siliquis quadrilatis, foliis plurimis pinnatis, majoribus obovatis. *Brouw. Hist. Jam. p.* 224.

FIGURA SECUNDA.

Planta est humilis, binos tresve modo pedes alta, ac ramosa.
Folia pinnata, ex foliolis ovatis ac venosis composita, quorum superiora majora sunt, interjectâ ad ipsorum ortum *glandulâ* subrotundâ.
Flores ex ipsorum alis excrescunt rariores, plerumque gemelli.
Siliquæ sunt teretes, retroflexæ, sinuosæ, nec ita glabræ & erectæ, uti in *H. Eltham.* icone, cæterum transparentes, *semina* oblique cellulis suis, ubi protuberant, continentes, quæ sunt irregularia, sinuosa, & acuminata, uti in separato semine A adparet.
Observatio. Nostra planta a primariis jungitur Botanicis cum illa *H. Eltham.* quæ siliqua gaudet recta quadrangulari, quum vero in *Plumierii* icone siliquæ sunt protuberantes, incurvatæ, & quasi nodosæ, hinc merito dubitat *H. Eltham.* auctor hasce conjungere, quarum varietates ut ex collatis Figuris observari possent, ramulum cum siliquis juxta *Plumierii* delineationem huic Tabulæ addidi, cæterum *Dillenius* suam plantam jungit cum *Senna* Orientali hexaphylla, uti & ego hasce in *Thes. Zeylan. pag.* 56. recensui, quæ omnes a *Cl. Linn.* in *Fl. Zeyl. p.* 65. simul junguntur addita brevi, sed accurata partium hujus plantæ descriptione.

TABULA SEPTUAGESIMA SEPTIMA.

Cassia siliquis planis. *Plum. Cat. pl. Am. p.* 18. *Tourn. inst. p.* 619.

CASSIA foliolis quinque jugatis, ovato-lanceolatis, glabris, glandula baseos petiolorum. *Linn. spec. pl. p.* 377. *no.* 11.
Cassia foliolis quinque parium, ovato-lanceolatis, glabris, glandula supra basin petiolorum. *Roy. pr. p.* 468.
Cassia fruticosa, erecta, foliis ovatis, acutis, quinque jugatis, siliqua compressa, glandula ad imulum. *Brouw. Hist. Jam. p.* 223.

Folia hujus plantæ, uti in reliquis, sunt pinnata, foliolis utrinque quinque ovatis, acuminatis, glabris, & venosis.
Flores irregularis sunt formæ in hac specie, quorum unus A prona parte, alter B postica parte, C & D ad latera utcunque conspiciuntur depicti, E autem simplicem exhibet calicem cum pistillo erecto & arcuato.
Siliquæ sunt longissimæ, dependentes, planæ, glabræ, ad semina torosæ, fœtæ seminibus, seu officulis subrotundis, æquali ordine locatis, uti in adjectis & apertis siliquis patet.

TA-

TAB. LXXVII.



Fig. 2.

CASSIA foliolis undecim jugatis.

Fig. 1.

CASSIA foliolis quinque jugatis

TABULA SEPTUAGESIMA OCTAVA.

CAſſia minor, arboreſcens, ſiliquis planis, articulatis. *Plum. Cat. p.* 18.

CASSIA foliolis quinque jugis, ovato-acuminatis, pedunculis biſloris, ſiliquis compreſſis, transverſim ſulcatis.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea, ramoſa, glabra.
Folia pinnata ex decem foliolis ſeſſilibus, ovatis, utrinque acuminatis, venoſis, venis parallelis.
Flores gemelli ex communi pedunculo alternato, ſolito majores, quorum petala videntur avenia.
Siliquæ dependent gemellæ ex communi pedunculo alternato, planæ, glabræ, iſthmo diſtinctæ, quaſi articulatæ, in quibus
Semina latitant ordinata, obliqua, ovata, excavata, ſeu reniformia, uti in aperta ſiliqua patet.

CAſſia minima, arboreſcens, ſiliquis longis & anguſtis. *Plum. Cat. p.* 18.

CASSIA foliolis undecim jugatis ovatis, glandula ſupra baſin petiolorum, ſiliquis teretibus, lævibus.
Caſſia fruticoſa, erecta, foliis plurimis pinnatis, ovato-acutis, ſiliquis turgidis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 223?

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, ramoſa, tenerior.
Folia pinnata ex viginti duo foliolis ovatis, ſeu ovato-lanceolatis, glabris, aveniis, quæ vero ad ramos floriferos excreſcunt, minora ſunt, ac decem tantum conſtant foliolis ſimilibus, interjectâ ad ſingulorum petiolum glandulâ ſubrotundâ.
Flores in longam ſpicam excreſcunt ramoſam quaſi, pedunculi communes alterni plures ſimul in ſummo proferunt flores vulgaris formæ.
Siliquæ plures ſimul dependent longæ & anguſtæ, ſeu teretes, ac læves.
Semina in ipſis locantur regularia, orbiculata, glaberrima, qualia in aperta conſpiciuntur ſiliqua.

TABULA SEPTUAGESIMA NONA.

Caſtorea racemoſa, flore cæruleo, fructu croceo. *Plum. nov. pl. gen. p.* 30.

DURANTA inermis. *Linn. ſpec. pl. pag.* 637. *no.* 2.

Planta, uti videtur, arborea, ramos gerens alternos, erectos.

Folia caulina uti & ramorum inferiorum bina obpoſita, obverſe-ovata, acuta, ſuperne ſerrata. Ramorum floriferorum ſunt fere lanceolata, ac ſuperne ſerrata, quaterna, ſeu bina paria ſibi obpoſita, ac cruciatim poſita.

Flores vero juxta *Plumierium* ſunt monopetali, ac perſonati, quorum labium ſuperius erigitur, inferius vero in tres partes diviſum eſt, media parte bifidâ. Horum in Tabula unus prona parte A; alter ſupina B ſeparatim conſpicitur. *Calix* cum piſtillo C eſt.

Fructus Carnoſus eſt D, globoſusque, ſuperius in tres apices acutos deſinens, unicapſularis, quatuor ſemina recondens E, uti in transverſim ſecto patet, germina anguloſa ſunt F. F. Vide *Ludwig. defin. gen. p.* 313. *no.* 1050.

Obſervatio. Hujus altera ſpecies eſt, quæ repens ac ſpinoſa vocatur a *Plumierio*, ſed in ejus deſideratur iconibus, atque DURANTA ſpinoſa a *Linnæo* vocatur, uti hoc novum genus in memoriam *Caſtoris Duranti* medici Romani a *Plum.* dictum eſt, qui Herbarium Italice conſcripſit Romæ impreſſum 1585, dein ſæpius & ultimo Venetiis recuſum 1667. conſtatque 879 Figuris, ſed quæ admodum puſillæ ac rudes ſunt.

TABULA OCTOGESIMA.

Celtis folio Citrei ſubtus aureo; fructu rubro. *Plum. Cat. p.* 18.

CELTIS foliis lanceolatis, crenatis, floribus terminatricibus paniculatis.

Folia hujus arboris ſunt lanceolata, crenata, alternata, petiolata, ſubtus aurea.

Flores in paniculam ſpecioſam collecti, quorum pedunculi communes plures proferunt irregulares flores, horum petala ſunt revoluta, &, ut ex icone conjicere licet, quaterna cum ſtilo ſubulato A, calici ſtellato innata, unde hæc arbor vix videtur *Celtidis* eſſe ſpecies.

Fructus ſunt baccæ ſphæricæ, læves & glaberrimæ, quæ diſſectæ B, oſſiculum præbent ſubrotundum quadripartitum C.

Obſervatio. Ex flore & fructu videtur primo intuitu ſatis ſimilis *Celtidi*, at vero calicem D a corollis paniculæ diſtinctiſſimum delineavit *Plumier*, ideoque nequit eſſe *Celtis*, quæ caret omni corolla, & ſolo calice donatur, ne dicam de piſtillo bicorni, quod hic ſubulatum eſt, adeoque novi erit generis planta, quodnam vero vix determinari poteſt.

TA-

TAB. LXXIX.

DURANTA inermis.

TAB. LXXX.

CELTIS foliis lanceolatis.

TAB. LXXXI.

Fig. 2.
GENTIANA ex alis florifera

Fig. 1.
GENTIANA foliis
seſſilibus, lanceolatis.

TABULA OCTOGESIMA PRIMA.

CEntaurium *minus* maritimum, amplo flore cœruleo. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 3. *Tourn. inſt. p.* 123.

GENTIANA foliis ſeſſilibus, lanceolatis, trinerviis, panicula dichotoma, nuda, corollis quinquefidis campanulatis, crenatis.

FIGURA PRIMA.

Radix deſcendens, firma, in plures laterales fibrillas diviſa.
Caulis erectus, ſimplex, indiviſus, quadragonus, glaber.
Folia ſeſſilia, utcunque obpoſita, lanceolata, obtuſa, trinervia, glabra, integerrima.
Flores caulem terminant ſpecioſi, pedunculis dichotomis, dein propriis inſidentes ſolitarii, illorum petala ſunt crenata, patentia, ovata *aa*, ex quorum orificio quinque ſtamina, bina minora, tria longiora excreſcunt, uti in aperto flore patet.
Calix monophyllus, quinque partitus, erectus, acutus, perſiſtens *b*.
Germen ovatum *c*, ſtigma gerens capitatum, ſtaminibus longius.
Pericarpium eſt *capſula* ovata, bilocularis *d. ſemina* condens numeroſa, *parva*, nigricantia *e*.
Obſervatio. Diſtinctiſſima hæc ſpecies eſt ab omnibus huc uſque notis congeneribus, panicula ſua longa dichotoma, nuda, terminatrice, ac corona ſua in centro corollæ depicta.

CEntaurium *minus* ad alas floridum. *Plum. Cat. p.* 3.

GENTIANA ex alis florifera, foliis nervoſis, lanceolatis, corollis quinquefidis, infundibiliformibus, floribus verticillatis, ſeſſilibus.

FIGURA SECUNDA.

Radix ex plurimis conſtat fibrillis, æqualibus, ad extremum dichotomis.
Caulis adſcendens, ſimplex, indiviſus, glaber, tetragonus.
Folia ſeſſilia, obpoſita, lanceolata, acuta, glabra, trinervia, nervoſa, integra.
Flores in caulis ſumma parte ad alas ſeſſiles ac verticillati, horum unus in Tabula ſeparatus exhibetur *monopetalus*, ſuperne quinquefidus *f* calice quinque partito *g* inſidens, ſtilus bifidus *h*, *fructus* bilocularis *i*, ſemina plurima continens rotunda, nigricantia *k*.
Obſervatio. Similis huic planta, ſed foliis anguſtioribus & linearibus diſtincta, flores cæterum eodem modo verticillatos gerens occurrit in *decad. pl. Afric. p.* 206. *Tab.* 74. *Fig.* 3. Quam vocavi ibi Centaurium anguſtifolium floribus ex alis ſeſſilibus.

TABULA OCTOGESIMA SECUNDA.

China ſpuria, nodoſa, ſeu *Smilax* aſpera, nodoſa, radice rubra, major. *Plum.*

SMILAX caule inermi tereti, foliis inermibus, caulinis cordatis, ramis ovato-oblongis. *Linn. ſpec. pl. p.* 1031. *no.* 13.

Smilax caule tereti inermi, foliis cordato-ovatis, acutis, inermibus, petiolis bidentatis. *Linn. H. Cliff. p.* 459. *Gronov. fl. Virg. p.* 120.

Smilax Virginiana, ſpinis innocuis armata, latis Canellæ foliis, radice craſſa, nodoſa, arundinacea, & carnoſa. *Plukn. Almag. p.* 349. *Tab.* 170. *Fig.* 5.

Smilax aſpera fructu nigro, radice nodoſa, magna, lævi, farinacea, *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 231. *Tab.* 143. *Fig.* 1. quæ differt foliis oblongis, nec cordatis.

Smilax Indica, ſpinoſa, folio Cinnamomi, Pſeudo-China quibuſdam. *Herm. Muſ. Zeyl. p.* 22. & *Theſ. Zeyl. p.* 217.

Smilax ſarmento tereti, inferne aculeato, foliis ſubrotundo-cordatis, trinerviis, petiolis clavicula una vel altera refertis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 359.

Pſeudo-China Amboinenſis. *Rumph. Herbar. tom.* 5. *pag.* 437. *Tab.* 161.

China Mexicana *Recch. lib.* VI. *cap.* 55. *p.* 212.

Jupicanga Piſon. lib. 4. *cap.* 62. *pag.* 99.

Radix ingens, craſſa, nodoſa, ex plurimis craſſis lamellis compactis & ſibi adhærentibus conſtans, qualis in ſuperiore Tabulæ parte repræſentatur. De cujus facultatibus & qualitatibus vide *Herman. Cynoſur. Medic. Dale Phaamac. Geoffr. mat. medic.* alioſque.

Stolones plures ex hac radice excreſcunt, ex quovis nempe nodo unicus, uti videtur, rarius gemini.

Caules inferius exaſperati, uti & ad genicula, ſpinis acutis, rectis, validis, armati, cæterum, teretes & inermes, qualis ad ſiniſtram Tabulæ partem conſpicitur delineatus.

Folia per ſarmenta ſparſa, alternata, ovato-acuminata, trinervia, petiolata, glabra.

Cirrhi gemini, maxime intorti, ſeu ſpirales.

Obſervatio. Flores nec *Fructus* adpinxit *Plumier.*, qui ex *Sloan.* & *Hernand. Hiſt. Mexic.* ſuppleri poſſunt. Auctor enim noſter radicis formam in primis videtur voluiſſe deſignare, quum planta ſit in variis regionibus ſatis obvia, ſed cujus radicem nemo huc usque rite delineaverat excepto *Cluſio* in *exotic. p.* 83. *Veræ* autem *radicis Chinæ* iconem ac deſcriptionem ſubjunxi *Auctuario Herbarii Rumphiani*, quæ, quantum differat, cum hac comparari ibi poteſt, illaque in ipſa Japana ad plantam vivam ibi delineata eſt, quod latius ibi explicui.

TAB. LXXXII

SMILAX caule tereti, foliis inermibus.

TAB. LXXXIII.

SMILAX caule aculeato,
foliis ovatis.

SMILAX caule inermi, foliis cordatis.

TABULA OCTOGESIMA TERTIA.

CHina Michuacanenſis, ſeu Smilax aſpera minor, Boyaux du Diable *Plumier.*

SMILAX caule aculeato, foliis inermibus, ovatis, retuſo-mucronatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 1029. *no.* 4.

Smilax caule angulato aculeato, foliis delato-cordatis, inermibus, acutis. *Linn. H. Cliff. p.* 459. *Gronov. fl. Virg. p.* 120.

Smilax viticulis aſperis Virginiana, folio hederaceo leni, *Zarza* nobiliſſima *Plukn. Phyt. Tab.* III. *Fig.* 2.

Radix ingens, longa, ac rotunda, ſed nodoſa, ubique plurima longiſſima ac flexuoſa emittens flagella.

Caules teretes, erecti, angulati, & aculeati ſpinis rarioribus, curtis, ſed validis ac latis, interdum geminis hamatis.

Folia ſunt cordata, acuminata, ſeptinervia, inermia, ac plurimis transverſis venulis cancellata.

Obſervatio. Plures ſunt plantæ, quæ nobiliſſimam radicem *Salſam parillam* Officinis dictam præbent, uti id conſtat ex *Geoffroy mater. medic. vol.* 2. *pag.* 132. & 236. nec non ex *Hernand. Hiſt. Mexic.* p. 288. &c. ad quam & noſtram quoque pertinere puto, quum Auctor tam exacte hanc radicem delineavit, ut præ omnibus ipſius plantæ partibus hanc prætulerit, nec dubium eſt, quin hanc inprimis in Tabula ſua deſignare voluerit *Plumier*, quum flores fructusque neglexerit, uti & in antecedente Tabula, in qua radicis etiam præ reliquis iconem dedit partibus.

TABULA OCTOGESIMA QUARTA.

CHina altera, non aculeata, foliis amplioribus. *Plum. Hiſt. mſſ. l.* v. *p.* 138.

SMILAX caule inermi, tereti, foliis inermibus, cordatis, emarginatis.

Radix nodoſa ac protuberans, mediocris, longiſſima emittens ſimplicia flagella.

Caulis erectus, teres, inermis, ad genicula ſquama notatus, ac protuberans.

Folia alternata, cordata, emarginata, obtuſa, quinquenervia, nervis undulatis.

Cirrhi gemini, ſimpliciſſimi ad foliorum ortum.

Flores ex alis pedunculati, in umbellam extenſi, loco cirrhorum excrescunt, hexapetali, vulgaris formæ.

Obſervatio. Hæc quoque planta quoad radicem *Salſæparillæ* ſpecies eſſe videtur, vel forte ejus varietas habenda, atque in climate calidiore, ac ſolo pinguiore ſuas deponere ſpinas, uti id in aliis haud raro obtinet plantis.

TABULA OCTOGESIMA QUINTA.

China altera aculeata, foliis oblongis, cuſpidatis. *Plumier.*

SMILAX caule aculeato, tereti, foliis inermibus, ovato-lanceolatis, trinerviis. *Linn. ſpec. p.* 1030. *no.* 7. *Gronov. fl. Virg. p.* 193.

Smilax lævis, Lauri folio, baccis nigris. *Catesb. Hiſt. Carol. tom.* 1. *pag.* 15. *Tab.* 15.

Radix oblonga, nodoſa, glabra, plurima undique longiſſima emittens flagella vix diviſa.

Caulis teres, inferius nodoſus ac ſquamoſus, inermis, ſuperius, ubi folia erumpunt, aculeatus ſpinulis hamatis.

Folia alternata, ovato-oblonga, acuminata, quinquenervia, craſſa, integra, vix petiolata.

Petioli geminos proferunt cirrhos longiſſimos.

Flores rariores umbellatim poſiti, ex alis pedunculati.

Fructus planus, compreſſus, acuminatus, uti videtur, bilocularis *a*, bina ſubrotunda continens ſemina *b. b.*

TABULA OCTOGESIMA SEXTA.

Chondrilla foliis anguſtis, & ad oras punctatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10.

KNAUTIA caule dichotomo, foliis margine punctatis.

FIGURA PRIMA.

Radix deſcendens, laterales emittens alternatas fibrillas tenues.

Caulis ſubdiviſus, inferius geniculatus, ſuperius dichotomus uſque ad minimam ſubdiviſionem.

Folia oppoſita, linearia, acuminata, ſeu lanceolata, ad oras retuſa, & punctata, verticalia vero ſimpliciter linearia, & nervoſa.

Flores ex foliorum alis in vertice ſolitarii, pedunculati, ſuperius in quinque radios *a* diſtincti, calici magno conniventi tripartito *b b* inſidentes, hi vero diſtincti ſunt in floſculum radii *c* & floſculos diſci *d d.*

Semen eſt ſolitarium, obtuſum, verſus baſin anguſtius, oblongum, triquetrum *e*, corona foliacea auctum *f.*

Obſervatio. Quum juxta iconem hæc planta gerat calicem longum & anguſtum, ac folia obpoſita, *Chondrillæ* ſpecies eſſe nequit, ſed adfinitatem

SMILAX caule aculeato,
foliis ovatis-lanceolatis.



Fig. 1.

KNAUTIA caule dichotomo, foliis ſeſſilibus.

Fig. 2.

ANTHEMIS foliis ovatis.

Fig. 2.

CLUSIA foliis venosis.

Fig. 1.

CLUSIA foliis aveniis.

tatem indicat cum compoſitis oppoſitifoliis a *Linn.* in *Philoſ. Botan. pag.* 29. enumeratis, quumque mihi videatur, proxime adcedere ad genus *Knautiæ*, hinc tam diu eam ad hoc retuli, donec in viva planta certum ſuum genus quis ex ejus charactere deſignaverit.

CHryſanthemum humile, Ranunculi folio. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 492.

ANTHEMIS foliis ovatis, profunde dentatis.

Anthemis foliis triternatis, pedunculis terminalibus ramo longioribus &c. *Linn. ſpec. pl. pag.* 895. *no.* 14.
Anthemis minima arvenſis, foliolis ſuperioribus tridentatis, inferioribus laciniatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 320.
Bupthalmum foliis ter trifidis, pedunculis ramo altioribus. *L. H. Cl. p.* 414.
Aſteroides Americana, minor, annua. *Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *p.* 419.

FIGURA SECUNDA.

Planta puſilla, annua, vix radicata.
Folia radicalia, ovata, profunde inciſa, ſeu dentata, vix petiolata. Caulina breviora ac ſeſſilia, magisque contracta.
Caules longi, vix ramoſi, in ſummo gerentes *flores* radiato-tridentatos.
Calix foliola habet fere æqualia.
Semina oblonga, ſimplicia, coronâ deſtituta, uti in tribus ſeparatis in Tabula patet.
Obſervatio. Licet hæc plantula multum accedat ad Chryſanthemum paluſtre, minus, Apii folio. *Sloan. Hiſt Jam. tom.* 1. *Tab.* 155. *Fig.* 3. eandem tamen ſpeciem eſſe haud facile crederem, quum foliatura, totuſque habitus nimis variet, hinc puto, ſi alii Botanici hanc *Plumierii* vidiſſent iconem, haſce non conjunxiſſent plantas, noſtraque multum participat de *Chryſogoni* genere, niſi quod ſemina coronulâ careant.

TABULA OCTOGESIMA SEPTIMA.

CLuſia flore albo, fructu coccineo. *Plum. nov. gen. p.* 22.

CLUSIA foliis aveniis. *Linn. ſpec. p.* 509.

Cluſia arborea, foliis craſſis, nitidis, obovato-ſubrotundis, fl. ſolitariis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 236.
Cenchramidea arbor, ſaxis adnaſcens, folio obrotundo, pingui, fructu pomiformi, in plurimas capſulas, granula ficulnea, ſtilo columnari hexagono præduro adhærentia, continentes diviſo, Balſamum fundens. *Plukn. Almag. p.* 92. *Tab.* 157. *Fig.* 2. *Catesb. tom.* 2. *Tab.* 99.

Terebinthus folio ſingulari, rotundo, ſucculento, flore tetrapetalo, pallide luteo, fructu majore monopyreno. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 167. & *Hiſt Jam tom.* 2. *pag.* 91. *Tab.* 200. *Fig.* 1.

β *Cluſia* flore roſeo, major, fructu ſubviridi. *Plum. nov. gen. p.* 21.

FIGURA PRIMA.

Planta arborea.

Folia oppoſita, obverſe-ovata, obtuſa, integerrima, vix petiolata, avenia, craſſa, & pinguia, nitida.

Pedunculi ex alis ſolitarii, uniflori, rarius biflori.

Flores monopetali, multifidi, quorum unus *a* antica, alter *b* poſtica parte in Tabula conſpicitur, horum piſtillum *c* eſt conus obtuſus, globulo ſeu germine *d* cinctum, quod excreſcit in *fructum e* ovatum, qui per medium ſectus *f*, ſex exhibet ceilulas, quæ ſemina continent oblonga *g*, acuminata, pulpa tenerrima *h* obducta.

Vide Cl. *Ludwig. definit. gener. p.* 179. *no.* 591.

CLUSIA flore roſeo, minor, fructu flaveſcente. *Plum. nov. gen. p.* 21.

CLUSIA foliis venoſis. *Linn. ſpec. p.* 510. *no.* 2.

β *Cluſia* alia minor, flore albo, fructu flaveſcente. *Plum. nov. gen. p.* 21.

FIGURA SECUNDA.

Arbor hæc plura habet communia cum præcedenti, folia ſcilicet obpoſita, vix petiolata, ſed hæc venis gaudent nervoſis, ſuntque ovata, inferne maxime anguſtata, integerrima, ac tenuiora.

Pedunculus in hac ſpecie terminatrix eſt, pluresque profert flores obpoſitos, ejuſdem cæterum formæ.

Obſervatio. In memoriam celeberrimi *Caroli Cluſii* hoc plantarum genus ab auctore CLUSIA vocatum fuit, cujus fata exactiſſime deſcripſit *Tournef.* in *Iſagoge in rem. herbar. pag.* 41. libros vero, quos edidit, recenſet. *Plumier.* in *nov. gen. p.* 21.

TABULA OCTOGESIMA OCTAVA.

COa ſcandens, fructu trigemino, ſubrotundo. *Plum. nov. gen. p.* 8.

HIPPOCRATEA. *Linn. H. Cliff. p.* 484. *ſpec. pl. p.* 1191.

Caulis

HIPPOCRATEA

Fig. 1.

COLUMNEA

Fig. 2.

CONVOLVULUS caule repente, foliis cordatis.

Caulis volubilis, rotundus.
Folia obpoſita, ovata, petiolata, obſolete ſerrata, vel potius crenata.
Flores corymboſi, ex alis foliorum, *a*, quorum unus *b* antica parte, alter *c* poſtica parte monopetalus & globoſus quaſi, ſeu campaniformis conſpicitur in Tabula, cujus calix *d* monophyllus & quinquefidus eſt, corolla urceolaris *e e* ſeparata.
Fructus eſt compoſitus, membranaceus, ex tribus capſulis *f* conſtans bivalvibus *g*, quæ ſemina continent oblonga & alata *h*. Vide Cl. *Ludwig. definit. gen. p.* 319. *no* 1054.
Obſervatio. In honorem magni *Hippocratis*, Medicorum patris & principis, HIPPOCRATEA hodie denominatum eſt hoc plantarum genus a Cl. *Linnæo*, quum COA *Plumierii* ſit nimis generale nec nomen proprium, ille vero jam vixit anno 350 ante Chriſtum natum, ſenexque obiit annos natus 90, vel ut aliis 100.
Hujus & altera ſpecies inter *Plumierii* icones depicta eſt, quæ folia gerit obpoſita, ovata, integerrima, vix petiola, majora; Horum ſimplex ad *Litt.* A depictum eſt. *Fructus* ejus integer ad *Litt.* B conſpicitur, qui nucleum ſeu officulum gerit oblongum ſtriatum, vocaturque
Coa ſcandens fructu ampliſſimo ſingulari. Item *Bignonia* ſcandens amygdalas ferens. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* v. *p.* 131. quum vero flos deeſt, de hac nihil certi definiri poteſt. Præterquam quod hujus generis Hiſtoria apud Botanicos ſit quam maxime obſcura, nec conſtat hactenus, ad quem ordinem naturalem proprie pertineat; cum Sarmentoſis enim a Cl. *Linnæo* in *Philoſ. Botan. p.* 32. § 49. propoſitis, puta Smilace, Dioſcorea &c. conjungere vetant folia oppoſita ſeſſilia, nec habitum gerit *Tribilatorum Philoſ. ibid.* § 50. Flores enim quinquefidi, nec ſexifidi ſunt, ſtamina & piſtilla incognita, adeoque non potuit facile hactenus ordini alicui naturali inſeri. Flos quidem ſeu Corolla refert florem Ruſci, ſed calix quinquefidus obſtat.

TABULA OCTOGESIMA NONA.

Columnea ſcandens; flore phæniceo, fructu albo. *Plum. nov. gen. p.* 28. COLUMNEA. *Linn. ſpec. p.* 638.

β *Rapunculus* fruticoſus, foliis oblongis, integris, villoſis, ex adverſo ſitis, flore purpureo villoſo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 58. *Hiſt. Jam. p.* 157. *Tab.* 100. *Fig.* 1.
Achimenes major, herbacea, ſubhirſuta, oblique aſſurgens, foliis ovatis, obpoſitis, alternis minoribus, floribus geminatis ad alas alternas. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 270. ubi ejus character definitur.

FIGURA PRIMA.

Radix prorepens.
Caulis erectus, ſimplex, indiviſus, villoſus.
Folia obpoſita, ovata, ſerrata, petiolata, inferne villoſa.
Corolla villoſa, monopetala, cujus ſeparati flores a *Plum. in Tab.* 33. *nov. gen.* exhibentur, in noſtra vero *A calix* cum piſtillo conſpicitur *B*, *fructus* eſt globoſus & mollis, pericarpio inſidens, repletus ſeminibus puſillis, innumeris *C*, quæ ſunt oblonga & obtuſa *D*.
Obſervatio. In memoriam Nobiliſſimi Romani *Fabii Columnæ* hoc plantarum genus COUMNEA dictum eſt a *Plum.* in *nov. pl. gen.* ubi excellentiſſimi hujus Viri *Opera pag.* 28. recenſet, uti & *Tourn.* in *Iſagoge ſua pag.* 53. qui dicit hunc virum cum *Gesnero* primum fuiſſe, qui cogitarunt de generibus conſtituendis ex flore ac fructu plantarum. Vide porro *Ludwig. defin. gener. p.* 76. *no.* 268.

CONvolvulus niveus, polyanthos, folio ſubrotundo majore. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 1. *Tourn. Inſt. p.* 83.

CONVOLVULUS caule repente, foliis cordatis, pedunculis umbellatis.

β *Convolvulus* foliis cordatis, pedunculis umbellatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 155. *no.* 8.
Convolvulus luteus, polyanthos. *Plum. pl. Amer. p.* 88. *Tab.* 102.
Convolvulus Americ. vulgaris folio, capſulis triquetris, numeroſis. *Plukn. Alm. p.* 174. *Tab.* 167. *Fig.* 1.
Convolvulus foliis cordato-acuminatis, florbus umbellatis, luteis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 154.
Tiru-Tali *H. Malab. tom.* 11. *Tab.* 53.

FIGURA SECUNDA.

Caulis ſarmentoſus, ac flexuoſus, repens, ac ſtriatus.
Folia cordata, acuminata, integra, petiolata, ſolitaria.
Pedunculi ex alis longiſſimi, plures proferentes flores in umbellam quaſi collectos.
Flores vulgaris ſunt formæ ac magnitudinis.
Obſervatio. Pertinet hæc ſpecies ad iſtam Convolvulorum familiam, quæ repit, nec caule volubili ſcandit, uti ejus varietas eſt a Cl. *Linnæo* in *ſpec.* aliisque recenſita, quâ notâ ab hac differt.
Cæterum plures harum varietates, quæ folio ſunt nimirum cordiformi, inter depictas inveniuntur icones, ſed quum ſint maxime vulgares, ſatiſque notæ, eas omiſimus; uti
Convolvulus ampliſſimo folio cordiformi, flore maximo purpureo, & flore albo maximo, reliquæque in *Deſcript. pl. Amer.* a *pag.* 88. ad *pag.* 91. inveniuntur.

TA-

TAB. XC.

Fig. 1.

CONVOLVULUS
foliis digitatis, septenis,
lanceolatis.

Fig. 2.

CONVOLVULUS
foliis obtusis, palmato-lobatis.

TABULA NONAGESIMA.

CONVOLVULUS coccineus, heptaphyllus, radice craſſiſſima. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 1. *Tourn. Inſt. p.* 84.

CONVOLVULUS radice tuberoſa, foliis digitatis, ſeptenis, lanceolatis, pedunculis trifloris.

Convolvulus Americ. heptaphyllus, flore albo, fundo purpureo, radice tuberoſa. *Plukn. Almag. p.* 116. *Tab.* 276. *Fig.* 5.

Convolvulus major heptaphyllus, flore ſulphureo odorato, ſpecioſiſſimo. *Sloan. Cat. p.* 55. *Hiſt. Jam. vol.* 1. *p.* 152. *Tab.* 96. *Fig.* 2

Ipomoea foliis palmatis, lobis ſeptenis, lanceolatis, integerrimis. *Linn. ſpec. pl. p.* 160. *no.* 5.

Ipomoea heptadactyla major, ſcandens, flore majori campanulato, calice membranaceo, ſeminibus majoribus, villoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 155.

FIGURA PRIMA.

Radix hujus plantæ craſſiſſima, brachiata, in circulos diſtincta, inſtar Mechoacannæ.

Caulis volubilis, flexuoſus, rotundus, glaber.

Folia digitata, lanceolata, ſinuata, acuminata, ex ſeptem foliolis in communi petiolo poſitis compoſita.

Pedunculi plerumque triflori.

Flores ingentes, coccinei, vulgaris formæ.

CONVOLVULUS albus, folio laciniato, maritimus. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 1. *Tourn. Inſt. p.* 84.

CONVOLVULUS foliis obtuſis, palmato-lobatis, caule repente, pedunculis unifloris.

FIGURA SECUNDA.

Planta per terram prorepens, ex caule, inprimis ad nodos, longas emittens radicales fibrillas.

Folia ad nodos petiolata, majora in ſeptem utcunque lobos obtuſos, irregulares, & quaſi digitatos diſtincta, quorum inferiores ſenſim decreſcunt, minora vero folia trilobata, in quinque lacinias diviſa ſunt irregulares, cuncta tamen integra, vel obtuſe repanda.

Pedunculi longi uniflori, flores vulgaris formæ gerentes.

Capſulæ ſeminales ſunt ſubrotundæ, acuminatæ; *Semina* ſubrotunda, uti in ſeparato laterali conſpicitur.

Obſervatio. Hujus & alia ſpecies apud *Plumier. pag.* 91. *Tab.* 105. delineatur, folia gerens integra, quæ vocatur ab eo *Convolvulus* marinus, catharticus, foliis Acetoſæ, flore niveo, & a *Linn. ſpec. pl. p.* 158. *no.* 26. *Convolvulus* foliis, poſtice obtuſis, caule repente, pedunculis unifloris. Notandum enim eſt dividi Convolvulos in eos, qui pedunculo ſunt unifloro & multifloro.

TABULA NONAGESIMA PRIMA.

CONVOLVULUS polyphyllus, flore & fructu purpureis, maximis. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 1. *Tourn. Inst. p.* 84.

CONVOLVULUS foliis pedato-palmatis, lobis quinis ovatis, integerrimis, pedunculo alato, unifloro.

FIGURA PRIMA.

Folia in communi petiolo in quinque lobos distincta, qui sunt lanceolati, integerrimi, venosi, medii maximi, laterales decrescentes.
Flores ex alis utcunque solitarii, ingentes, pedunculo crasso, alato, & articulato insidentes.
Capsulæ seminales subrotundæ, torosæ, acuminatæ.
Observatio. Distinguitur a Convolvulo paniculato. *Linn. spec. p.* 156. *no.* 15. fructu non tantum maximo, sed inprimis quod pedunculi sint uniflori & alati, nec non quod foliorum lobi laterales minus profunde sint divisi.

CONVOLVULUS pentaphyllus, folio glabro, dentato, viticulis hirsutis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 1. *Tourn. Inst. p.* 84.

CONVOLVULUS foliis digitatis, lobis quinis lanceolatis, denticulatis, pedunculis trifloris, caule piloso.

Convolvulus pentaphyllus, flore pallide flavescente, caule hirsuto pungente. *Sloan. Cat. p.* 55. *Hist. tom.* 1. *p.* 152.

FIGURA SECUNDA.

Caules pilosi, volubiles, rotundi.
Folia quina digitata, in communi petiolo sessilia, quorum intermedia foliola gradatim majora sunt, cuncta vero lanceolata, ac serrata, seu denticulata.
Flores ex alis in communi pedunculo utcunque terni minores, & vulgaris formæ.
Observatio. Hujus & alia species est tota quanta pilosa, quæ *Convolvulus* Americ. villosus pentaphyllus & heptaphyllus major ab *Herm.* in *Cat. H. L. B. p.* 183. vocatur, & ibi icone exhibetur, estque *Ipomoea* foliis digitatis pilosis, caule piloso *Roy. pr. p.* 429.
Hæc autem satis frequens est in hortis nostris, & differt inprimis foliis integerrimis nec dentatis, dein flores plerumque solitarii, rarius terni sunt vel plures uti in *Plumierii* icone.

TA-

Fig. 1.

CONVOLVULUS
foliis pedato palmatis.

Fig. 2.

CONVOLVULUS
foliis digitatis.



Fig. 1.

IPOMOEA foliis pedatis.

Fig. 2.

IPOMOEA foliis digitatis.

Fig. 2.

IPOMOEA foliis cordatis, trilobis.

Fig. 1.

IPOMOEA foliis cordatis.

TABULA NONAGESIMA SECUNDA.

QUamoclit foliis digitatis, flore coccineo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. *Tourn. Inſt. p.* 116.

IPOMOEA foliis pedatis, lobis ſeptenis obtuſis, integerrimis, pedunculis trifloris.

FIGURA PRIMA.

Radix ingens, craſſa, brachiata, tuberculoſa.
Caulis flexuoſus, volubilis, glaber, rotundus.
Folia palmata, ſeu potius pedata, digitis ſeptem lanceolatis, obtuſis, integerrimis, glabris, exterioribus minoribus.
Pedunculi communes ex alis triflori.
Flores longiſſimi, tubuloſi.
Capſulæ ſeminales oblongæ, triloculares, glabræ.
Semina conica, uti in lateralibus figuris patet.
Obſervatio. Diſtincta ſpecies eſt ab Ipomoea tuberoſa. *Linn. ſpec. p.* 160. *no.* 5, quæ foliorum lobis acutis differt, uti ex ſuperiore. *Tab.* 90. conſtat.

QUamoclit heptaphyllus, flore coccineo, umbellato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. *Tonrn. Inſt. p.* 116.

IPOMOEA foliis digitatis, foliolis ſeptenis lanceolatis, integerrimis, pedunculis multifloris, breviſſimis, ſubumbellatis.

FIGURA SECUNDA.

Folia digitata, petiolata.
Foliola ſeptem lanceolata, integerrima, acuminata, ſeſſilia, fere æqualia.
Flores ex alis corymboſi, copioſiſſimi in pedunculis multifloris.
Capſulæ ſeminales oblongæ, trigonæ, acuminatæ, glabræ.

TABULA NONAGESIMA TERTIA.

QUamoclit foliis ampliſſimis, cordiformibus. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. *Tourn. Inſt. p.* 116.

IPOMOEA foliis cordatis, integerrimis, floribus confertis, corollis indiviſis. *Sauv. Monſp.* 114. *Linn. ſpec. p.* 161. *no.* 8.

FIGURA PRIMA.

Caulis volubilis, lævis, rotundus.
Folia ſolitaria, cordata, acuta, integerrima, ampliſſima, ex longis petiolis.
Pedunculi ex alis longiſſimi, multiflori, tres quatuorve flores producentes quaſi corymboſos.
Flores longiſſimi, tubuloſi, indiviſi.
Capſulæ ſeminales, ſubrotundæ, obtuſæ, quadragonæ, & quadriloculares.
Semina oblonga, uti in lateralibus figuris.

QUamoclit Hederæ folio trifido. *Plum. Cat. p.* 3. *Tourn. Inſt. p.* 116.

IPOMOEA foliis cordatis, trilobis, floribus corymboſis, ſtaminibus prominulis.

FIGURA SECUNDA.

Caulis flexuoſus, glaber, rotundus.
Folia ſolitaria, cordata, profunde triloba, glabra, venoſa, ac ſinuoſa, petiolata.
Pedunculi ex alis longiſſimi, plurimos gerentes flores corymboſos, & quaſi racemoſos.
Flores ingentes, tubuloſi, indiviſi.
Stamina longiſſima, prominentia ex corolla, quod peculiare in hac ſpecie.
Capſulæ ſeminales ſubrotundæ, obtuſæ, quadriloculares.
Semina ovata, hilo diſtincta, uti in marginalibus Figuris.

TABULA NONAGESIMA QUARTA.

QUamoclit ſolani folio, flore roſeo. *Plum. Cat. p.* 3. *Tourn. p.* 116.

IPOMOEA foliis cordatis, acutis, integerrimis, floribus ſolitariis. *Roy. prodr. p.* 430. *Linn. ſpec. pl. p.* 161. *no.* 9.

FIGURA PRIMA.

Caulis volubilis, anguloſus, glaber.
Folia ſolitaria, petiolata, cordata, acuta, venoſa, integerrima.
Pedunculi ex alis longi, raro uniflori, plerumque multiflori, ſaltem juxta Auctoris iconem.
Flores longi, tubuloſi, corollæ quinquefidæ, patentes, ex quibus *Stamina* prominent.

Qua-

TAB. XCIV.

Fig. 1.

IPOMOEA foliis cordatis.

Fig. 2.

IPOMOEA foliis cordato-oblongis

TAB. XCV.

Fig. 1.

CONYZA foliis ovatis, floribus axillaribus.

Fig. 2.

MELAMPODIUM foliis lanceolatis.

QUamoclit purpurea, ſolani-folia, minor. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 2. *p.* 62.

IPOMOEA foliis cordato-oblongis, ſinuoſis, floribus verticillatis, pedunculis breviſſimis, confertis.

Convolvulus minor, ſcandens, floribus pluribus alaribus, calicibus glabris, capſulis quadrispermis, foliis oblongo-cordatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 153. *no.* 6.

FIGURA SECUNDA.

Radix repens, longiſſima, ad extremum bifurcata.
Caules debiles, flexuoſi, rotundi, glabri.
Folia ſolitaria, vix petiolata, cordato-lanceolata, ſinuoſa, ac venoſa.
Flores ex alis congeſti, minutiſſimi, corymboſi, ſeu verticillati, vix tubuloſi ex breviſſimis pedunculis.
Corolla rotata, monopetala, quinquefida *a*, ſimili calici quinquefido *bb* inſidens, *cc* ſunt corollæ ſeparatæ in lateralibus figuris.
Capſulæ ſeminales quadrifidæ, *dd* quadrispermæ,
Semina ſubrotunda & anguloſa *ee*.
Obſervatio. Plurimos ſane habent *Convolvulos* Auctores, ſed nullus pulchrius eos depinxit quam *Plumier.* in ſuis iconibus, reliquorum vix valent, quum non ita inſpicere & obſervare potuerint vivos, ac plurimorum ſunt ex mutulatis ſiccis plantis, exceptis Dillenianis in *Horto Elthamenſi*, adeoque maximam lucem huic generi attulit auctor noſter, quique optime etiam Convolvulos ab Ipomoeis diſtinxit, atque differentias egregie obſervavit, uti ex datis figuris atque ipſarum deſcriptionibus facile peritiores id detegere valent.

TABULA NONAGESIMA QUINTA.

CONyza fruteſcens, Cydoniæ folio. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. Inſt. p.* 455. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 397. *no.* 26.

CONYZA foliis ovatis, caule fruticoſo, floribus axillaribus, ſolitariis, ſeſſilibus.

Eupatorium Americ. fruteſcens, Hederæ terreſtris folio, flore purpuraſcente. *Plum. p.* 10. *Tourn. Inſt. p.* 456. *Vaill. l. c.*

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, ramulis flexuoſis, a folio ad folium eleganter inclinatis.
Folia alternata, ovata, obtuſa, undulata, venoſa.
Flores ſolitarii, in quavis ala ſeſſiles.
Obſervatio. Diſtincta hæc ſpecies eſt a reliquis congeneribus, floribus non tantum ad alas foliorum ſolitariis, ſed & ſeſſilibus, multumque participat de *Eupatorio*, uti ex ſummorum Botanicorum denominatione, *Tournefort.* & *Vaillant.* patet; quod latius ex *Act. Pariſ.* innoteſcit.

JAcobæa humifuſa, Hyperici foliis. *Plum. Cat. p.* 10. *Tourn. Inſt. p.* 487.

MELAMPODIUM foliis lanceolatis, caulibus procumbentibus.

FIGURA SECUNDA.

Planta procumbens, ramulos undique ſpargens ſimplices, indiviſos.
Folia obpoſita, ſeſſilia, lanceolata, ad oras villoſa, ſeu ciliata.
Flores cauliculos terminant, ex alis pedunculati, ſolitarii, in quinque radios diſtincti, puſilli.
Obſervatio. Hæc planta ex icone adeo obſcura eſt, ut, quo referenda, anceps diu hæſerim, flores enim ruditer depicti, ac fructificatio incerta, proxime tamen ad *Melampodium* viſa fuit pertinere, de quo vide Cl. *Linnæi Hort. Cliff. p.* 425, quæ planta ibi deſcripta, ſi cum noſtra comparetur, ſummam indicabit adfinitatem.

TABULA NONAGESIMA SEXTA.

COnyza arboreſcens, lutea, folio trifido. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. Inſt. p.* 455. *Vaill. Act. Pariſ. an.* 1719. *p.* 397. *no.* 30.

CONYZA foliis haſtatis, trilobis.

Conyza foliis inferioribus trifidis, ſuperioribus ovato-lanceolatis, obſolete ſerratis, floribus corymboſis. *Linn. H. Cliff. p.* 405. *ſpec. pl. p.* 862. *no.* 5.
Virga aurea major, ſive Herba Doria, folio ſinuato hirſuto. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 125. *Hiſt. Jam. tom.* 1. *p* 260. *Tab.* 12. *Fig.* 4.

Caulis fruteſcens, ſulcis exaratus.
Folia in petiolos deſinentia, ſcabra, trilobata, obſolete ſerrata, ſuperiora ovato-lanceolata, quintuplo minora.
Florum corymbus ingens, extenſus, ſummos terminat ramos, floresque ipſi veram declarant Conyzæ eſſe ſpeciem, quod confirmat Cl. *Vaill.* in *Actis Pariſ. l. c.*

TAB. XCVI.

CONYZA foliis haſtatis, trilobis.

TAB. XCVII.

CONYZA foliis lanceolatis-ovatis .

TAB. XCVIII.

Fig. 1.

CONYZA foliis oblongo lanceolatis.



Fig. 2.

CONYZA foliis enſiformibus, ſerrulatis.

TABULA NONAGESIMA SEPTIMA.

CONYZA arboreſcens, purpurea, folio Verbaſci dentato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. Inſt. p.* 455. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 395. *no.* 11.

CONYZA foliis lanceolato-ovatis, ſerratis, petiolatis, alternis.

Eupatoria Conyzoides Maderaspat. foliis glabris, flore purpuraſcente. *Plukn. Almag. p.* 141. *no.* 2. *Phyt. Tab.* 177. *Fig.* 2.

Planta fruteſcens, ramos gerens ac caules ſimplices erectos.
Folia alternata, petiolata, lanceolato-ovata, ſerrata, acuminata.
Flores corymboſi, terminatrices, in varios elegantes minores corymbos partiti.
Obſervatio. Media hæc planta eſt inter *Conyzam* & *Eupatorium*, quum ad utrumque genus hæ plantæ a variis referantur auctoribus, ſic hujus varietas eſt, quæ *Conyza* arboreſcens, purpurea, folio Verbaſci undulato a *Plumier.* vocatur. a *Tournef.* vero in *Inſt. pag.* 456. dicitur *Eupatorium* Americ. Verbaſci folio, atque a præcedenti non differt niſi foliatura integra, cujus ſimplex folium in Tabula ad latus conſpicitur.
Eſtque *Eupatoria* Conyzoides, Verbaſci folia, ſeu Baccharis Americana ſuaveolens. *Plukn. Phyt. Tab.* 87. *Fig.* 1. &
Conyza odorata, minor, erecta, purpuraſcens, corymboſa; foliis ovatis, villoſis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 318. &c.

TABULA NONAGESIMA OCTAVA.

CONYZA Alopecuroides, Helenii folio, caule alato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 397. *no.* 27.

CONYZA foliis oblongo-lanceolatis, decurrentibus, floribus conglomerato-ſpicatis.

FIGURA PRIMA.

Radix Napiformis, craſſa, ſimplex, deſcendens, in extremo ſimplices demittens radicales craſſas fibras.
Caulis ſimplex, erectus, pentagonus, ſulcatus, & alatus.
Folia ovato-lanceolata, ſerrata, decurrentia, alternata.
Spicæ variæ capitatæ, aggregatos & tubuloſos (uti ex icone videtur) *flores* gerentes, qui vero ruditer & inperfecti delineati ſunt, ita ut nil certi de iis commentari poſſit, longe tamen ab illis Conyzæ recedere videntur, ac potius *Sphæranthi* eſſe ſpeciem putarem, ſed quum adcuratiſſ. *Vailljantius*, qui raro in generibus fallit, eas ex inſtituto examine in *Act. Pariſ.* ad *Conyzæ* genus retulit, ejus auctoritate freti & ipſas ſub hoc genere ſervavimus.

Conyza altera, foliis Helenii anguſtis, alato caule. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 397. *no.* 28.

CONYZA foliis enſiformibus, ſerrulatis, decurrentibus, racemo compoſito.

FIGURA SECUNDA.

Radix Napiformis, ſimplex, deſcendens, vix fibroſa.
Caulis erectus, ſimplex, anguloſus, ſulcatus, nec ita alatus.
Folia lanceolata, ſerrata, anguſta, acuta, ſeſſilia, alternata, decurrentia.
Flores paniculati, ex ſpicis alternis ſimplicibus compoſiti, quique ſeſſiles ſunt, alternatim poſiti, calicibus magnis imbricatis contenti &c.

TABULA NONAGESIMA NONA.

Conyza ſcandens, Solani folio anguloſo. *Plum. H. mſſ. T.* 11. *p.* 117.

EUPATORIUM caule volubili, foliis cordato-ovatis, denticulatis.

Eupatorium ſcandens, ſolani folio anguloſo. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 402. *no.* 33.
Cocotemecalt, ſeu funis volubilis acer. *Hernand. l.* 5. *c.* 8. *p.* 141.
β *Clematitis* novum genus Cucumeris folio, Virginianum. *Plukn. Almag. p.* 109. *Tab.* 163. *Fig.* 3. quod
Eupatorium caule volubili, foliis cordatis, dentatis, acutis. *Linn. ſpec. pl. p.* 836. *no.* 2. *Roy. pr. p.* 156. &c.

Caulis vix volubilis, ac ramoſus.
Folia cordato-ovata, denticulata, acuminata, petiolata, obpoſita.
Pedunculi ex alis ramoſi, *flores* rariores plerumque *gemelli* ac laxi.
Obſervatio. Hanc veram *Eupatorii* eſſe ſpeciem liquet ex *Vaill. Actis Pariſ.* multumque habet commune cum *Eupatorio* volubile *Linnæi*, ita ut crederem ejus tantum eſſe varietatem, ni *Vaill.* ſub *no.* 33. hanc removerit a præcedenti ſub *no.* 25. plurimis interpoſitis aliis plantis, recenſui tamen utraſque, ut ex memoratis auctoribus inter ſe ulterius comparari poſſent.

TAB. XCIX.

EUPATORIUM
foliis cordato-ovatis.

ELEMIFERA foliis ternatis et quinatis.

TABULA CENTESIMA.

Cornus racemosa, trifolia, & quinquefolia, foliis foraminulatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 19.

ELEMIFERA foliis ternatis & quinatis, ovatis, serrulatis.

β *Elemifera* foliis ternatis. *Linn. H. Cl. p.* 486.

Frutex trifolius resinosus, floribus tetrapetalis albis racemosis. *Catesb. Icht.* 33. *T.* 3. *F.* 3.

Planta fruticosa, simplices gerens ramos:

Folia in communi petiolo alia ternata, alia pinnata seu quinata.

Foliola cuncta ovata, acuminata, obsolete serrata, subtus villosa, & foraminulata juxta *Plumier*.

Panicula terminatrix ex variis componitur racemis, qui gerunt

Flores tetrapetalos, calice quadrifido contentos, quales in figuris marginalibus separatim conspiciuntur *A* & *B*.

Fructus est bacca subrotunda unilocularis *CC*.

Semen subrotundum, osseum *D*.

Observatio. Inproprie hic frutex a *Plumierio* ad *Cornum* relatus fuit, quum folia gerat composita alternata ac pinnata, præterquam quod tota facies, modusque florendi penitus obstet, hinc potius ad ELEMIFERAM *Linnæi* in *H. Cliff. pag.* 486. propositam amandandus est, cujus re vera quoque species est, quumque ejus character nondum ablolute sit datus, hinc haud incongruum mihi visum est, eum hic Coronidis loco subjungere.

ELEMIFERA.

CAL. *Perianthium* quadripartitum, minimum.

COR. *Petala* quatuor oblongiuscula.

STAM. *Filamenta* quatuor subulata, brevissima. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stilus* brevissimus. *Stigma* obtusum, tetragonum.

PER. *Bacca* subrotunda, unilocularis.

SEMEN subrotundum osseum.

Finis Fasciculi Quarti.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS QUINTUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERIUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud VIDUAM & FILIUM S. SCHOUTEN,
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LVII.

DOCTISSIMO ET CELEBERRIMO VIRO,

CASIMIRO CHRISTOPHORO SCHMIDELIO, M. D.

SERENISS. MARGGR. BRANDENB. CULMBAC.

A CONSIL. AULIC. MEDIC.

ANATOM. ET BOTAN. PROFESS. PUB. ORD.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA ERLANGENSI

DIGNISSIMO,

AMICORUM OPTIMO,

QUINTUM HUNC

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUM

SINCERO DEDICAT

ANIMO

JOANNES BURMANNUS.

TAB. CI.

SOPHORA
foliis pinnatis.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS QUINTUS.

TABULA CENTESIMA PRIMA.

Corallodendron foliis Pſeudoacaciæ, ſubtus tomentoſis, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 21. *Tourn. inſt. p.* 662. *Roy. pr. p.* 537.

SOPHORA foliis pinnatis, foliolis cordatis, ſubtus tomentoſis, ſpica ſimplici.

Galega fruticoſa, foliis ſubrotundis, pinnatis, ſpicis ſimplicibus terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 289. *Tab.* 31. *Fig.* 1.

Arbori *Coral* affinis non ſpinoſa, Fraxini folio rotundiore, foliis & ramulis pubeſcentibus. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 144. *Hiſt. Jam. tom.* 2. *Tab.* 178. *Fig.* 3.

Phaſeolo affinis arbor Indica, *Coral* dicta, polyphyllos, non ſpinoſa, foliis mollibus, ſubhirſutis? *Plukn. Phyt. Tab.* 104. *Fig.* 3. cujus foliola tantum quinata ſunt in icone.

Planta fruticoſa, mollis, & inermis.

Folia pinnata.

Foliola cordata, obtuſa, ſubtus tomentoſa, octo vel novem jugata, oppoſita, vix petiolata, cum impari extremo.

Flores in longam ac ſimplicem ſpicam porrecti ſunt copioſiſſimi, quorum characterem tradidit Cl. *Brouw. l. c.*

Siliquæ pendulæ, ſinuoſæ, ſeu toroſæ, glaberrimæ, acuminatæ.

Obſervatio. Tota ſua facie hæc planta multum accedit ad *Sophoram* tomentoſam. *Linnæi ſpec. pl. p.* 373. *no.* 2 quæ ſub nomine *Coluteæ* Zeyl. argenteæ ab *Herm.* exhibetur in *Cat. H. L. Bat. pag.* 171. ubi vero folia nimis acuminata delineata ſunt, quæ in planta viva hoc anno ſubrotunda obſervavi, quorum minora tomentoſa penitus erant, majora vero ſubtus tantum incana, reliquæ cæterum partes conveniunt, ita ut non dubitem, quin ipſius varietas habenda ſit, unde ad idem genus noſtram retuli.

TABULA CENTESIMA SECUNDA.

CORallodendron folio ſingulari, oblongo, ſiliqua plana. *Plum. Cat. p.* 21. *Tourn. inſt. p.* 662.

ERYTHRINA foliis ſimplicibus, alternis, cordato-oblongis, repandis, florum pedunculo longiſſimo.

FIGURA PRIMA.

Folia cordato-ovata, acuminata, integerrima, venoſa, in petiolis repanda, alternata.
Flores in longiſſimis pedunculis verticales, copioſi, alternati.
Siliquæ pendulæ, ſimplices, planæ, glabræ, acuminatæ.
Oſſicula ſubrotunda, glabra, hilo notata.
Obſervatio. Ex florum ſtructura, totoque plantæ habitu, vera, ſed quam maxime ſingularis eſt *Erythrinæ* ſpecies, quæ, ſi *Plumier.* folia rite pinxerit, petiolos ſuos videtur non ad baſin folii, ſed infra inſerere, ita ut fere peltata ac ſimul repanda ſint, quæ ſingularis ſane nota eſt in hoc genere.

CORallodendron non ſpinoſum, triphyllum, flore ruberrimo. *Plumier.*

ERYTHRINA inermis, foliis pinnato-ternatis, ſinuoſo-ovatis, floribus ſpicatis.

Erythrina arborea, non ſpinoſa, foliis rhombæis, pinnato-ternatis. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 288.
Corallodendron triphyllum, Americ., non ſpinoſum, foliis magis acuminatis, flore pallide rubente. *Houſt. Cat. mſſ. Trew. Decad. Tab.* VIII.
Coral arbor non ſpinoſa, flore longiore & magis clauſo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 143. *Hiſt. Jam. tom.* 2. *Tab.* 178. *Fig.* 1 & 2.
Coral arbor Americana, non ſpinoſa, ſeminibus rubris. *Herm. Par. Bat. pr. p.* 327.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, caudicem gerens inermem, glabrum, ſimplicem, vix ramoſum.
Folia pinnato-ternata, ovato-ſinuoſa, ac venoſa, petiolis longis ſimplicibus communibus.
Flores in longam ac ſimplicem ſpicam porriguntur plures ſimul conjuncti, longiores, magisque clauſi, quam in vulgari ſpinoſa ſpecie, uti optime notavit *Sloaneus.*

Obſervatio.

Fig. 2.

CORCHORUS caule piloso

Fig. 1.

CORCHORUS glaber, foliis ovato-ferratis

Fig. 2.
ERYTHRINA
foliis pinnato-ternatis

Fig. 1.
ERYTHRINA
foliis simplicibus, alternis

Obſervatio. Hæc planta varietas cenſenda eſt *Corallodendri* ſpinoſi, notum enim eſt, varias plantas in calidis regionibus, uti in noſtris hybernaculis ſpinas exuere, quod omnium evidentiſſime præ aliis obſervavi in *Solano* caule aculeato, fruticoſo, foliis lanceolatis, anguloſis. *Linn. ſpec. pl. p.* 188. *no.* 22, quæ planta, ſi ſit tenera, ac junior non modo caules ac ramos ſpinis undique armatos gerit, ſed folia etiam ab utraque parte aculeis ſunt munita, hæc ſi per paucos annos in hybernaculo fuerit culta, totam ſuam faciem ac formam mutat, mitiſſima enim fit, ita ut nulla fere ſpinarum vel aculeorum ſuperſint veſtigia in tota planta, ſed folia quoque ejus, quæ prius profunde ſinuoſa, aculeata, & rigida ſunt, dein obſervantur integerrima, duplo latiora, læte virentia, ac glaberrima &c.

TABULA CENTESIMA TERTIA.

CO*rchorus* folio Ulmi minor. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7.

CORCHORUS glaber, foliis ovato-ſerratis, capſulis geminis linearibus.

Corchorus capſulis linearibus, compreſſis, bivalvibus. *Linn. ſpec. p.* 529. *no.* 1.

Corchorus Americ. minor, Carpini folio, ſiliqua anguſtiſſima, ex lateribus ramulorum proveniente. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 56.

Coreta foliis minoribus, ovatis, crenatis, floribus ſingularibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 147.

Corchoro affinis, Chamædryos folio, flore ſtamineo, ſeminibus atris, quadrangulis, duplici ſerie diſpoſitis. *Sloan. Hiſt. Jam. tom.* 1. *pag.* 145. *Tab.* 94. *Fig.* 1. & *Cat. pl. p.* 50.

FIGURA PRIMA.

Planta mollis, inermis, herbacea, ramoſa, diffuſa.
Caulis glaber, rotundus, viridis.
Folia ovata, ſerrata, petiolata, ſolitaria, alternata.
Flores ex alis nunc gemini, nunc ſolitarii, ſtaminoſi.
Capſulæ ſeminales, ſeu ſiliquæ glabræ, lineares, obtuſæ, bifidæ, ac bivalves, uti in ſeparata aperta ſiliqua patet; geminæ plerumque in communi pedunculo ex alis productæ.
Semina oblonga, obtuſa, glabra, nigricantia, uti in Icone.

CO*rchorus* folio Ulmi major. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7.

CORCHORUS caule piloſo, foliis lanceolato-ſerratis, capſulis piloſis ex alis ſolitariis.

FIGURA SECUNDA.

Radix brachiata, plurimis ex fibrillis bifurcatis conſtans.
Caulis erectus, lignoſus, pilis undique hirtus, ramos producens alternatos, ſimplices.
Folia ovato-lanceolata, petiolata, ſerrata.
Flores ex alis ſolitarii, ſtaminoſi; *piſtillo* bifido *a* conſtantes; quod microſcopio auctum *b*, ſtigma exhibet bifidum & hirſutum, quale & germen eſt ad baſin, uti in icone majore ſeparata diſtincte adparet.
Capſula ſeminalis ſolitaria, longa, hirſuta, bilocularis, uti in aperta & ſeparata ſiliqua *cc* conſpicitur.
Semina plurima, ſubrotunda, ſeparatim poſita *d*.
Stipulæ geminæ lineari-ſubulatæ ad foliorum alas circa ſiliquas locantur, quibus a priori differt, tum & quod flores ac ſiliquæ ſolitariæ excreſcant, præterquam quod hæ cum caule hirſutæ ſint.

TABULA CENTESIMA QUARTA.

Guazuma frutex, Chamædryfolia, fructu lanuginoſo, major, & minor. *Plum. nov. gen. pag.* 36.

CORCHORUS capſulis ſubrotundis, lanatis, foliis ovatis, obtuſis, tomentoſis. *Linn. ſpec. pl. p.* 530. *no.* 4.

Corchorus Americanus, lanuginoſus, folio Chamædryos, ſiliqua tricapſulari, lanuginoſa, & ſubaſpera. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 56.

Planta fruticoſa, ramos gerens alternatos.
Folia ovata, obtuſa, crenata, ſolitaria, tomentoſa, petiolata.
Flores ex alis excreſcunt pedunculati, aggregati, roſacei, pentapetali, uti a *Plum. l. c.* ulterius deſcribuntur, & *Tab.* 18. exhibentur.
Fructus plures ſimul dependent ovati, carnoſi, & tuberculoſi, ſulcati, ac lanoſi, in quinque loculos diſtincti, ſemina continentes fere reniformia ſubrotunda.
Obſervatio. Licet fructus hujus plantæ a reliquis *Corchori* ſpeciebus ſint diverſiſſimi, flores tamen hiſce adeo adfines ſunt, ut *Corchori* generi Cl. *Breynius* & *Linnæus* juxta doctrinam ſuam hanc inſeruerint, unde & nomen Barbarum *Guazuma* a *Plumierio* inpoſitum ex ſcientia Botanica merito rejicitur.

CORCHORUS
capſulis ſubrotundis, lanatis

TAB. CV.

CORDIA
foliis ovatis



TAB. CVI.

Fig. 1.

CORNUTIA.

Fig. 2.

BUPHTHALMUM fruticosum foliis fasciculatis

TABULA CENTESIMA QUINTA.

Cordia Nucis juglandis folio, flore purpureo. *Plum. nov. gen. p.* 13.
CORDIA foliis ovatis, integerrimis. *Linn. ſpec. pag.* 191. *no.* 3.
Geraſcanthus foliis ovato-oblongis, utrinque productis, racemis terminalibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 170. *Tab.* 29. *Fig.* 3.
β *Sebeſtena* ſcabra, flore miniato, criſpo. *Dillen. H. Eltham. p.* 340. *Tab.* 255.

Planta arborea.
Folia ſubcordata, ovata, lata, integerrima, venoſa, vix petiolata, lævia.
Flores corymboſi, gemelli plerumque ex unico pedunculo, ſuntque monopetali, infundibiliformes, oris ut plurimum repandis, quorum unus calice ſuo contentus ab antica parte in figura marginali *a* conſpicitur, alter a poſtica parte *b*, tertius per longitudinem apertus *c*, ut ſtaminum ſitus dignoſcatur, *d* eſt diſſectus calix cum germine & ſtilo.
Fructus eſt turbinatus, carnoſus *e*, officulo fœtus *f*, in duo loculamenta *g* diviſus, continetque nucleum oblongum *h* irregularem, juxta *Plumierium*, cujus *Tab.* 14. cum noſtra conferri poteſt. Vide & *Ludwig. definit. gener. p.* 21. *no.* 78.
Obſervatio. Cl. *Brouwn.* ex inſtituto examine hujus *Cordiæ* characterem diverſum obſervavit a *Plumierii* CORDIÆ charactere, quem proponit in *Hiſt. Jam. pag.* 202, ubi *Cordiæ* nomen genericum ſervavit, quod in *Plumierii* planta rejecit, ſed meo judicio melius feciſſet, ſi hujus plantæ nomen ab auctore inpoſitum retinuiſſet, aliique plantæ nomen dediſſet novum genericum; atque an huic ſtirpi merito competat nomen *Geraſcanthi*, judicent alii ſyſthematici Critici, ego ſaltem non video rationem arbitrariæ nominis iſtius rejectionis, quæ, ſi in re Botanica tam audacter quotidie ſine ratione inſtituatur, chaos confuſionis poſteritati tradet inextricabile, unde malui a primario inpoſitum auctore nomen *Cordiæ* ſervare, quod a *Plumierio* ipſi datum eſt in memoriam *Valerii Cordi*, cujus merita & fata recenſentur a *Plum.* in *nov. gen. pag.* 13.
De noſtra porro planta deſcripta vide *Dillen. l. c. p.* 341. qui dubitat hanc cum ſua conjungere, quod Pariſienſes melius determinare poterunt Botanici.

TABULA CENTESIMA SEXTA.

Cornutia flore pyramidato cæruleo, foliis incanis. *Plum. nov. gen. p.* 32.
CORNUTIA. *Linn. H. Cl. p.* 319. & *ſpec. pl. p.* 628.
Agnanthus Viburni folio. *Vaillant. Act. Pariſ. ann.* 1722. *p.* 273.
Collychirichiboll Caribæorum. *Surian. Hort. Sicc.*

FIGURA PRIMA.

Caulis erectus, ſimplex, vix diviſus, lignoſus, obſoleto-quadragonus, ſcaber, uti in variis *Lantanæ* ſpeciebus.

Folia oppoſita, ovata, integerrima, utrinque acuta, mollia; apud nos vero ſerrata, virentia, ſcabra, ac fætidiſſima in viva planta, vix petiolata.

Florum racemus erectus, pyramidatus, compoſitus ex corymbis obpoſitis, plurimos producentibus flores, quorum

Calix eſt monophyllus, quadritentatus, tubuloſus, obtuſus, & villoſus *a.*

Corolla eſt monopetala, ringens, tubulata, limbo quadrifido, cujus labium ſuperius erectum & tripartitum eſt, inferius obtuſum, uti ad litt. *b b b* adparent.

Fructus eſt bacca ſubrotunda, ſuccoſa *c c*, unilocularis *d.*

Semen ſubrotundum, obtuſum *e.*

Obſervatio. Stilus in hujus plantæ flore bipartitus eſt, inſtar duorum cornuum inflexus, unde duplici allegoria, ſimul & in memoriam *Jacobi Cornuti* Botanici Pariſienſis hoc plantæ genus *Plumier.* denominavit CORNUTIAM, qui inclaruit deſcriptione plantarum rariorum Canadenſium, aliisque Operibus nondum editis, uti Cl. *Plum.* in *nov. gen. p.* 33. memorat. Vide porro *Ludwig. definit. gener. pl. p.* 76. *no.* 266.

Corona Solis fruteſcens, Laureolæ folio, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 490.

BUPHTHALMUM fruticoſum, foliis faſciculatis, ſeſſilibus, lanceolatis, caule dichotomo.

Aſteriſcus fruteſcens, Leucoji foliis viridibus & ſplendentibus. *Dillen. H. Eltham. pag.* 43. *Tab.* 38. *Fig.* 43.

Chryſanthemum Bermudenſe, Leucoji virentibus foliis craſſis. *Plukn. Almag. p.* 102. *Ray. tom.* 3. *pag.* 210.

Chryſanthemi flore planta Americana fruteſcens, foliis viridibus, craſſis. *Herm. Parad. Batav. App. p.* 6.

Chryſanthemum Bermudenſe, folio rigido viridi. *Moriſ. Hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 25.

FIGURA SECUNDA.

Planta fruticoſa, cujus caules & rami per foliorum lapſum ſcabri, & quaſi ſquamoſi, ſubdiviſi, dichotomi.

Folia faſciculata, decuſſatim ſibi obpoſita, craſſa, ſempervirentia, lanceolata, integerrima, decidua.

Flores verticales, ſolitarii, pedunculati, radiati, quales a *Dillen.* in *H. Eltham. l. c.* deſcribuntur, & delineantur cum reliquis plantæ partibus, ejuſque hiſtoria integra.

TA-

Fig. 3.

CORONILLA
foliolis quinis ovatis

Fig. 2.

BUPHTHALMUM
caule repente

Fig. 1.

BUPHTHALMUM
foliis obpositis, lanceolatis

TABULA CENTESIMA SEPTIMA.

CORona *Solis* fruteſcens, Lychnidis folio carnoſo, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 490.

BUPHTHALMUM foliis obpoſitis, lanceolatis, petiolatis, bidentatis. *Linn. H. Cliff. p.* 415. *ſpec. pl. p.* 903. *Roy. pr. p.* 170.

Aſteriſcus fruteſcens, Leucoji foliis ſericeis & incanis. *Dillen. H. Elth. p.* 44. *Tab.* 38. *Fig.* 44.

Chryſanthemum fruticoſum, maritimum, foliis glaucis, oblongis, flore luteo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 125. *Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 260. *Catesb. Hiſt. Carol. tom.* 1. *p* 93. *Tab.* 93.

Chryſanthemum ex inſulis Caribæis, Leucoji incanis & ſericeis foliis, craſſis. *Plukn. Almag. p.* 102. & *Phyt. Tab.* 115. *Fig.* 4. *Moriſ. hiſt. pl. tom.* 3 *pag.* 25. *Ray. tom.* 3. *p.* 211. *no.* 23. ubi deſcript. ex *Bobart.*

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa; caules & rami erecti, ſimplices, vix diviſi, lignoſi, nodoſique.

Folia lanceolata, obpoſita, integerrima, ſubſeſſilia, incana.

Flores verticales ſeu terminatrices, ſolitarii, pedunculati, radiati, formæ & ſtructuræ, quales eleganter & accurate in *H. Eltham. l. c.* deſcripti & delineati ſunt, ubi ulterius examinari poſſunt cum tota plantæ facie; ſed cujus petioli bidentati in noſtra non obcurrunt icone, ubi folia ſeſſilia latâ baſi caules ambiunt.

CORona *Solis* maritima, humilis, folio carnoſo, tricuſpide, flore luteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 490.

BUPHTHALMUM caule repente, foliis obpoſitis, trilobatis, ſeſſilibus.

Corona Solis foliis triangularibus conjugatis, flore albo. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1720. *pag.* 433. *no.* 12.

Vulneraria Indica. *Surian. Hort. Sicc.*

Chryſanthemum paluſtre, repens, minus, odoratum, folio ſcabro, trilobato. *Sloan. Hiſt. Jam. vol.* 1. *Tab.* 155. *Fig.* 1.

β *Chryſanthemum* Virgin. repens, foliis aſperis, binatim ſeſſilibus, acuminatis. *Moriſ. Hiſt. tom.* 3. *p.* 25. *Ray. tom.* 3. *p.* 211. *no.* 16?

Chryſanthemum Virgin. foliis rigidis, acuminatis, binatim ad caulem abſque pediculo appoſitis. *Baniſt. Cat. pl. Virgin.*

FIGURA SECUNDA.

Caulis rêpens, ad nodos fibrillas emittens.
Folia obpoſita, ſeſſilia, cuneiformia, inferiora acute trilobata, ſerrata.
Pedunculi uniflori, terminatrices.
Floris radius multiplex, tridentatus.
Obſervatio. Licet ſemina adpicta ſint nulla, ex tota plantarum harum forma & habitu conſtat, haſce non ad *Coronas Solis*, ſed ad *Aſteriſcos*, *Buphthalmos* hodie dictos pertinere, ad quod genus has itaque juxta Cl. *Linnæum* retuli, licet hæc poſterior magis ad *Rudbeckias* videatur accedere, ac forte ad *Rudbeckiam* trilobam *Linnæi* pertineret, ſolo natali modo diverſa, quum hæc caule repente, ac craſſiore ab ea diſtinguatur.

C*Oronilla* ſcandens, pentaphylla. *Plum. Hiſt. mſſ. T.* II. *p.* 104.

CORONILLA foliolis quinis ovatis, caule flaccido.

Coronilla caule ſcandente, flaccido. *Roy. pr. p.* 387. *Linn. ſpec. p.* 743.

FIGURA TERTIA.

Radix repentiſſima & longiſſima.
Caulis ramoſus, volubilis, flaccidus.
Folia ex quinis foliolis ovatis obtuſis pinnata.
Pedunculus ex ſingula ala duplex, longus, uniflorus, aculeatus.
Flores ampli, papilionacei, quorum ſtamina coalita ad baſin cohærent, uti hæ partes ſeparatæ in figuris marginalibus conſpiciuntur, *aaa.*
Siliqua floriformis, articulata, glabra *b.*
Semina oblonga, obtuſa, *c c.*
Obſervatio. *Stipulæ* binæ rigidæ ad ſingulas petiolorum & pedunculorum alas, uti & aliæ minores in ipſis quoque pedunculis oppoſitæ depictæ conſpiciuntur, quæ an bracteæ ſint ſuperfluæ ex florum lapſu me latet, hæ autem in planta ſicca a Cl. *Adr. v. Royen* communicata non adparent, in qua plures flores propriis brevioribus pedunculis inſidentes ex foliorum alis oriuntur, quorum ſtamina quoque cohærent, ſed ſiliquæ in ea ſunt longiſſimæ, filiformes, integerrimæ, nec articulatæ, uti in *Plumierii* icone, videtur itaque diverſa planta ab hac a *Plumierio* depicta.

TABULA CENTESIMA OCTAVA.

C*Ortuſa* arundinacea, amplis Cannacori foliis. *Plum. nov. gen. p.* 26.

THALIA. *Roy. pr. p.* 11. *Linn. ſpec. p.* 1193.

Maranta foliis lanceolato-ovatis, petiolis ſuperne ganglionoſis, fructu glabro. *Brouw. Hiſt. Jam. pag.* 112.

Fig. 1.
THALIA.

Fig. 2.
GETHYLLIS
foliis enſiformibus.

Canna Indica, radice alba alexipharmaca; *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 122. *Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 253. *Tab.* 149. *Fig.* 2. ubi ſimplex folium.
Radix quædam in Malacca, quæ adverſus vulnera ſagittis toxico illitis facta, præſentaneum remedium. *C Bauh. Pin. p.* 301.
Aguttiguepo-Obi. Marcgr. Hiſt. Braſil. p. 53. *Ray. Hiſt. pl. p.* 1203.

FIGURA PRIMA.

Radix arundinacea, tuberoſa & nodoſa, inferne plurimas emittens tenuiſſimas ſimplices fibrillas, ſuperne varios proferens ſtolones.
Culmus ſimplex, erectus, folia producens alternata, quorum petioli inferius extenduntur in vaginam caulem inveſtientem, ſuperius autem hic culmus ramoſus eſt, atque ex quavis ſpatha florem unicum vel geminum profert.
Flores hi ſunt anomali, pentapetali, ex quinque petalis inæqualibus & diſſimilibus conſtantes, quorum tria majora ſurſum eriguntur concava & quaſi lacerata, bina inferiora minora tanquam adpendices dependent urceolata & quaſi revoluta, uti in Tabula ex ſeparatis florum partibus apparet, ubi Litt. *a flos integer*, *b* ipſius *corolla* cum *germine*, *c flos ſpathâ* ſuâ contentus & obvolutus, *d* ſimplex *majus erectum petalum*, *e* ipſius floris *minus dependens*. *f ſpatha* ſeparata.
Fructus eſt ovatus, glaber *g*, bilocularis *h*, interdum unilocularis *i*, ſemina ſeu officula continens oblonga, glabra, & ſplendentia *k k*. *germen* autem cum ſtilo eſt *l*, non vero ipſum *ſemen*, uti male in *Plum. Tab.* S. explicatur. Vide porro *Ludwig. definit. gener. p.* 316. *no.* 1066.
Folia hujus plantæ ſunt alternata, ovato-oblonga, integerrima, nervis parallelis ac transverſis obpoſitis inſtructa, glaberrima.
Petioli foliorum teretes, geniculo ſeu ganglio juxta Cl. *Brouwn.* inſtructi, inferne membranacei & vaginales.
Obſervatio. Ex modo creſcendi, totoque plantæ habitu, uti & ex Auctorum teſtimoniis patet, hujus plantæ radicem aromaticis & Alexipharmacis eſſe annumerandam, quales ſunt *Amomum* ſeu *Zingiber*, *Coſtus*, *Kæmpferia*, & *Alpinia*, cui & hæc maxime adfinis eſt, quæ ultimæ, licet in uſum Medicum nondum ſint introductæ, egregiis tamen ſine dubio pollent virtutibus medicatis, & inprimis Alexipharmacis.

CROCUS foliis & radice Scorzoneræ. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* 3. *pag.* 142.

GETHYLLIS foliis enſiformibus, ancipitibus, nervoſis.

FIGURA SECUNDA.

Radix ingens, perpendicularis, fuſiformis, in varios annulos quaſi diſtincta, nigricans, quales & ſunt laterales craſſæ dependentes adpendices fibroſæ, illi Scorzoneræ ſimilis.

Scapus ſupra terram mox ſeſe aperit in bina, uti videtur, involucra membranacea, acuminata, quæ totam involvunt plantæ compaginem, atque ex quibus erumpunt

Folia longiſſima, enſiformia, acuminata, glaberrima, & integerrima, quam maxime nervoſa, ancipitia, quæ ex tenui principio ſenſim dilatata, in medio latiſſima, in mucronem deſinunt acuminatum.

Flores ſinguli ſua continentur peculiari ſpatha acuminata, ad oras dentata, ſeu ciliata, longo tubo inſtructi, in ſex ſegmenta diviſi, quorum variæ formæ in ſeparatis iconibus in Tabula exhibentur, ſic ad Litt. A flos antica, B poſtica parte cum ſpatha ſua conſpicitur, C flos clauſus eſt cum ſpatha aperta, D floris corolla diſſecta, ut ſtaminum ſitus adpareat, E ſunt ſtamina cum germine in fundo floris ſita.

Fructus eſt capſula ventricoſa F. trigona, & trilocularis G.

Semina ſunt ſubrotunda, excavata, fere reniformia H H.

Obſervatio. Ex ſtaminibus Corollæ breviſſimis ac numeroſis liquet, hanc plantam non ad *Crocum* ſed *Gethyllidem* pertinere, cujus characterem dedit Cl. *Linn.* in *gen. pl. nov. edit. no.* 523. cum quo genere hæc planta penitus convenit, vide & *Ludwig. definit. gen. no.* 158.

TABULA CENTESIMA NONA.

Cujete latifolia, fructu putamine fragili. *Plum. nov. gen. p.* 23.

CRESCENTIA. *Linn. ſpec. p.* 626.

Creſcentia arboreſcens, foliis ſingularibus, ovatis, nitidis, fructu minore. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 266. *no.* 4. ubi variæ hujus arboris ſpecies.

Cucurbitifera arbor Americana, folio ſubrotundo. *Sloan. Cat. pl. Jamaic. p.* 206. *Ray. Hiſt. pl. p.* 1667. *Herm. Parad. Bat. pr. p.* 329. &c.

Cucurbitifera arbor Americ. folio longo mucronato, fructu oblongo. *Commel. Hort. Amſt. tom.* 1. *p.* 137. *T.* 71. quæ foliatura anguſtiore differt, & convenit cum

Cujete foliis oblongis & anguſtis, magno fructu ovato. *Plum. nov. gen. p.* 23.

ß *Creſcentia* foliis lanceolatis, utrinque attenuatis. *Linn. H. Cliff. p.* 327.

Planta arborea, ingens.

Folia ovato-oblonga, alterna, integerrima, petiolo craſſo ſed curto inſidentia.

Flores ſolitarii, pedunculati, monopetali, anomali, utriculati & multifidi, ſeu ringentes.

Fructus ovatus, cortice duro tectus, pulpoſus, in quo nidulantur

Semina plurima cordiformia, uti in transverſim ſecto fructu *a*, & ſeparatis conſpicitur ſeminibus *b b.*

Calix



CRESCENTIA.

TAB. CX.

CUPANIA.

Fig. 2. PAULLINIA foliis ternatis.

Fig. 1. PAULLINIA foliis triternatis.

Calix vero bifidus *c* germen obcludit, ex quo ſtilus longus obtuſus, ſeu piſtillum *d* porrigitur, *ee* ſunt germina diſſecta.

Obſervatio. Hujus arboris variæ ſunt ſpecies, ſeu, ut aliis placet, varietates, quæ a *Plum.* in *nov. gen. p.* 23. recenſentur, uti & a *Brouwn. l.c.* quæ inprimis differunt, quod folia gerant nunc ovata, nunc lanceolata, vel ſolitaria vel conferta, dein & binæ ſcandentes a Cl. *Brouw.* hiſce annumerantur, quæ diverſas ſane conſtituunt ſpecies, dein fructibus etiam differunt, qui maxime adfines ſunt illis *Capparidis* antea deſcriptæ; ſed florum corolla toto cælo differt.

Nomen vero genericum *Creſcentiæ* in memoriam *Petri Creſcentii* Itali Botanici ſubſtitutum eſt a Cl. *Linnæo* in locum *Cujete*, quum hoc ſit barbarum Americanum merito rejiciendum.

TABULA CENTESIMA DECIMA.

CUpania Caſtaneæ folio, fructu ſericeo & racemoſo. *Plum. nov. gen. p.* 45.

CUPANIA. *Linn. ſpec. p.* 200.

Cupania arborea, foliis oblongis, crenato-ſerratis, diſtiche & alternatim ſitis, racemis laxis propendentibus. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 178.

Planta arborea, ingens, ramos proferens ſimplices, in quibus

Folia alterna, oblonga, obverſe-ovata, obtuſa, dentato-ſerrata, vix petiolata, nervis transverſalibus craſſis parallelis.

Flores in laxos excreſcunt racemos, ſuntque roſacei, pentapetali *a*, calice triphyllo contenti *b*; quinque gerentes ſtamina, ac germen obtuſum *cc.*

Fructus eſt durus, coriaceus, obtuſo-ovatus, trifariam ab apice ad baſin dehiſcens *d*, ſeminibus fætus in quovis loculo binis ſubrotundis irregularibus *ee*, pileolo carnoſo ſeu calyptra fructui adfixis *ff*. Vide *Ludwig. definit. gen. p.* 311, *no.* 1033.

Obſervatio. In memoriam reverendi patris *Franc. Cupani* hoc plantarum genus ab auctore CUPANIA dictum fuit, qui inclaruit *Catalogo* inſtructiſſimi *Horti Catholici* circa Siciliam ſiti, inpreſſo Neapoli 1696. in quarto.

TABULA CENTESIMA UNDECIMA.

CUruru ſcandens, enneaphylla, fructu racemoſo, rubro. *Plum. nov. gen. p.* 34.

PAULLINIA foliis triternatis, foliolis ovato-ſinuoſis.

Paullinia foliis biternatis, foliolis ovatis, ſubſinuatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 366. *no.* 5.

Paullinia foliis decompoſitis, ternatis, caule inermi. *Linn. H. Cliff. p.* 152.
Paullinia ſarmentoſa, foliis ternato-ternatis, ad apices crenatis, infimis minoribus, quandoque tantum auritis. *Brouw. Hiſt. Jam. pag.* 212.
Cordis Indi folio & facie fruteſcens, Curaſſavica, latifolia. *Plukn. Almag. p.* 120. *Tab.* 168. *Fig.* 6.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa & ſarmentoſa, cujus ſarmentum ſcabrum, ſpinuloſum, caules vero glabri, ac cirrhi bifidi folio obpoſiti.
Folia triplicato-ternata, e petiolis ſimplicibus, nec membranaceis orta.
Foliola in communi petiolo novem, in partiali vero tria ovato-oblonga, repando-ſinuata, & crenata, baſi anguſtata, ſeſſilia.
Flores racemoſi, ſuntque roſacei, ex quatuor utcunque petalis in orbem ſitis conſtantes cum calice polyphyllo, uti in Tabula ſimplex flos ſine calice *a* adparet, *b* cum calice, *c* idem a poſtica parte, *d* ſimplex floris petalum, *e* germen.
Fructus pyriformis eſt, triqueter *f*, maturus in trés partes a ſummo ad imum dehiſcens *g*, in quavis ſua tertia parte *g* ſemen continens carnoſum, calyptra tenerrima obductum *h h*, quæ ſeparata *i* eſt, *k* ſemen ipſa involutum, *l* eſt ſemen nudum.
Obſervatio. Hujus altera ſpecies eſt a *Plumier.* obſervata, pentaphylla, quæ *Clematis* pentaphylla pediculis alatis &c. ab ipſo vocatur in *deſcr. pl. Amer. pag.* 76. *Tab.* 91. eſtque *Paullinia* foliis pinnatis, foliolis inciſis, petiolis marginatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 366. *no.* 7. quæ a ſubſequenti foliorum numero inprimis differt.

CUruru ſcandens, triphylla, *Plum. nov. gen. p.* 34.

PAULLINIA foliis ternatis, foliolis ovatis, ſubdentatis, petiolis marginatis.

Paullinia foliis ternatis, foliolis cuneiformibus, obtuſis, ſubdentatis. *Linn. ſpec. p.* 365. *no.* 3.
Paullinia foliis ternatis, foliolis obtuſis, vix denticulatis, glabris, deſinentibus in petiolum proprium. *Linn. H. Cl. p.* 151.

FIGURA SECUNDA.

Planta ſarmentoſa, ſcandens, caules gerens flexuoſos ac læves cum cirrhis ex foliorum alis, quibus ſe aliis figunt.
Folia alterna, ternata, longis petiolis membranaceis ſeu alatis inſidentia.
Foliola ovato-ſerrata, ſeu ſubdentata, in petiolos deſinentia, glabra, rarioribus dentibus verſus apicem notata.
Racemi floriferi cum cirrho ex foliorum ala; *flores* & *fructus* uti in præcedente, ſed fructus in hac pyriformes magis, & attenuati inferius.

TA-

PAULLINIA foliis bipinnatis, foliolis triternatis.

TAB. CXIII.

Fig. 1.

PAULLINIA
foliolis cuneiformibus.

Fig. 2.

PAULLINIA
foliis ternatis.

TABULA CENTESIMA DUODECIMA.

SERIANA scandens, polyphylla & racemosa. *Plum. nov. gen. p.* 34.
PAULLINIA foliis bipinnatis, foliolis triternatis, ovatis.
Paullinia foliis bipinnatis. *Linn. spec. pl. p.* 366. *no.* 6.
Paullinia foliis supra decompositis. *Linn. H. Cl. p.* 152. *no.* 6.
Cordis Indi folio & facie frutescens, Portoricensis. *Plukn. Alm. p.* 120. *Phyt. Tab.* 168. *Fig.* 5.

Planta fruticosa & sarmentosa, caules gerens profunde sulcatos & angulosos, qui *cirrhos* ad alas emittunt simplices.
Folia triplicato-ternata, seu decomposita, ac pinnata.
Foliola subovata, obtusa, sinuosa, rarâ crenula notata, terna in petiolo simplici partiali, atque hi petioli partiales pinnatim exeunt ex petiolo communi seu universali membranaceo aut alato, ad basin, seu ortum latissimo.
Flores paniculati, in longissimam paniculam excrescentes, quæ componitur ex racemis simplicibus alternatis, atque illi constant ex quatuor itidem petalis & calice polyphyllo, qui cum fructibus latius explicantur a *Plum.* in *nov. pl. gen. p.* 34. *Tab.* 35. ubi cum *Cururu* charactere ulterius conferri possunt.

TABULA CENTESIMA DECIMA TERTIA.

SERIANA scandens, enneaphylla, & racemosa. *Plum. nov. gen p.* 34.
PAULLINIA foliis triternatis, foliolis cuneiformibus, obtusis, petiolis marginatis.

Paullinia foliis biternatis, petiolis marginatis, foliolis cuneiformibus integris. *Linn. spec. p.* 366. *no.* 4.
Paullinia foliis ternato-decompositis, caule aculeato. *Linn. H. Cl. p.* 152. *no.* 4.

FIGURA PRIMA.

Planta sarmentosa, caules gerens volubiles, glabros, qui ad alas cirrhos emittunt simplices ac tenues.
Folia triplicato ternata.
Foliola lanceolato-linearia, seu cuneiformia, obtusa, integerrima.
Petioli lati, membranacei, seu alati.
Florum racemus ex alis simplex.

Fructus alternatim dependentes.

Observatio. Hæc ſpecies diſtincta eſt a reliquis non modo petiolo univerſali, & partialibus lanceolatis, ac marginatis, ſed & foliolis vix petiolo longioribus, cujus nulla veſtigia inveni apud alios auctores.

SERIANA ſcandens, triphylla, & racemoſa. *Plum. nov. gen. p.* 34.

PAULLINIA foliis ternatis, foliolis ſinuatis, ovato-oblongis, petiolis teretiuſculis. *Linn. ſpec. p.* 365. *no.* 2.

Paullinia foliis ternatis, foliolis crenatis, pedunculis cirrhiferis. *Linn. H. Cl. p.* 152. *no.* 2.

FIGURA SECUNDA.

Planta ſarmentoſa & volubilis, ex caulibus ſimplices ad alas emittens cirrhos in ſpiram revolutos.

Folia ternata.

Foliola ovato-oblonga, ſinuoſa, nec crenata.

Petioli teretes ac ſimplices.

Florum panicula ex ſimplicibus conſtat racemis, qui *flores* ac *fructus* gerunt, ſuntque hi in omnibus *Serianis* ſibi ſimillimi, capſulæ nempe membranaceæ, tenuiſſimæ, trialatæ, &c. Vide *Ludwig. definit. gener. p.* 136. *no.* 441.

Obſervatio. Diſtinguitur hæc ſpecies a *Paullinia Cururu* foliis ternatis ob petiolos teretiuſculos, minimeque marginatos; miror autem quam maxime Cl. *Brouwn. p.* 231. *Hiſt. Jam.* hanc confudiſſe cum *Baniſteria*, quum nullo modo conveniant.

Ex binis porro hiſce plantarum generibus *Cururu* & *Serjana*, nimis ſollicite, uti ſæpius, a *Plumierio* ſeparatis, unicum conſtruxit genus ob ſummam florum analogiam Cl. *Linnæus*, quod ipſi PAULLINIA dicitur in memoriam *Simonis Paulli* Dani, qui conſcripſit Opus ipſi *Quadripartitum Botanicum* dictum.

TABULA CENTESIMA DECIMA QUARTA.

CYTISUS ſpinoſus floribus luteis, ad alas naſcentibus. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 19. *Tourn. inſt. p.* 648.

CYTISUS floribus axillaribus, foliolis lanceolatis, ſtipulis ſpinoſis.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, caules gerens lignoſos ac ſpinoſos, ſpinis, ſeu ſtipulis geminis erectis, ad ſingulam alam elevatis.

Folia ternata

Foliola lanceolata, venoſa, integerrima, communi petiolo inſidentia.

Flores gemelli plerumque ex alis, lutei, & vulgaris formæ.

Siliquæ pendulæ, geminæ, glabræ, oblongæ, obtuſæ.

TAB. CXIV.

Fig. 1.
CYTISUS
floribus axillaribus.

Fig. 2.
CYTISUS mollis,
foliolis oblongo-obtusis.

TAB. CXV.



BUTOMUS
foliis cordato-ovatis.

Cytiſus fruteſcens, ſericeus. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 19. *T. inſt. p.* 648.

CYTISUS mollis, inermis, foliolis oblongo-obtuſis, florum ſpica ſimplici terminatrice.

Cytiſus Americanus, fl. luteo, ſpicato, foliis ſubtus lanugine argentatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 26. *Fig.* 7.

FIGURA SECUNDA.

Radix in varias lignoſas fibrillas diſtincta, deſcendens.
Caulis erectus, inermis, ſimplex, fruticoſus.
Folia ternata.
Foliola oblongo-obtuſa, venoſa, integerrima, ſericea, petiolata.
Flores racemoſi, in ſpicam ſimplicem congeſti, inferius gemini, ſuperius alternati.
Siliquæ geminæ, pendulæ, intortæ, acuminatæ.
Semina ſubrotunda, reniformia, glaberrima.
Obſervatio. Ex leguminibus intortis, & quaſi articulatis fere crederem, hanc eandem eſſe plantam, quæ *Cytiſus Cajan* dicitur a *Linn.* in *ſpec. plant.* quam exhibui in *Theſ. Zeyl. pag.* 86. *Tab.* 37. ni obſtarent in *Plum.* icone foliola obtuſa, ac petioli æquales, florumque ſpica longa & erecta, cæterum memoratum *Cajan* quoque creſcere in America, patet ex *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 296. ubi vocatur *Cytiſus* fruticoſus triphyllus, foliis ſubcinereis oblongis, vexillo variegato, ſiliquâ compreſſa, ad ſemina toroſâ, unde hæc varietas diverſo climati forte adſcribenda, eſtque Phaſeolus *Balicus. Rumph. Herbar. Amboin. l.* 9. *c.* 24. *p.* 377.

TABULA CENTESIMA DECIMA QUINTA.

Damaſonium maximum, Plantaginis folio, flore flaveſcente, fructu globoſo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7. *Tourn. inſt. p.* 257.

BUTOMUS foliis cordato-ovatis, fructus involucro triphyllo.

Aliſma foliis ovatis, fructibus globoſis. *Linn. ſpec. p.* 343.
Damaſonium Americ. fructu globoſo majore. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *pag.* 35. *no.* 2.

Planta aquatica, natans, varias inferne demittens ſimplices fibrillas, ſuperne ex uno centro plures ſtolones.
Folia natantia longiſſimis ex petiolis triangularibus, ſuntque cordato-ovata, obtuſa, nervoſa, ac craſſa.
Culmus ſimplex, nudus, triqueter, in ſummo gerens umbellam ex ſimplicibus craſſis & angularibus pedunculis compoſitam.

Florum corolla tripetala, eleganter denticulata, calice triphyllo contenta, intus repleta plurimis ſtaminulis in orbem poſitis, uti in *Butomo*.
Fructus eſt globoſus, ac ſtriatus, involucro triphyllo contentus, hinc optime ad *Butomum* accedit.
Semina triangularia, uti in figuris marginalibus.
Obſervatio. Quum in hac planta ſcapus ſit ſimplex, umbella unica, ſtamina plura, capſulæ ſimplici ambitu, hinc patet, hanc propius accedere ad *Butomum*, quam ad *Alismam*, licet auctores communi conſenſu eam ad hanc retulerint ex auctoritate Cl. *Vaillantii*, de qua porro vide *Act. Pariſ. l. c.*

TABULA CENTESIMA DECIMA SEXTA.

RANUNCULUS aquaticus, Plantaginis folio, flore albo, calice purpureo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 7. *Tourn. inſt. p.* 292.

SAGITTARIA foliis lanceolato-ovatis, fructibus ovatis, glaberrimis.

Sagittaria foliis maximis, ſimplicibus, oblongis, utrimque productis, ramulis verticillatis, caule glabro. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 345.
Damaſonium amplo Plantaginis folio, flore maximo. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 35. *no.* 3.

FIGURA PRIMA.

Planta aquatica, cujus *Radix* craſſiſſima, tuberoſa & nodoſa, in varios denſos annulos diſtincta, e qua
Folia lanceolata, glaberrima, longiſſimis ex petiolis dependentia & natantia.
Florum culmus ingens ac ramoſus, ternos ubique e regione
Flores ingentes tripetalos proferens, longis pedunculis inſidentes.
Fructus ovatus, ſubrotundus, glaberrimus, nec ſtriatus, uti in priore.
Obſervatio. Ex toto plantæ habitu patet, hanc non eſſe ſpeciem *Aliſmæ*, *Ranunculi*, vel *Damaſonii*, ſed omnino *Sagittariæ*, unde eam ad hoc genus exemplo Cl. *Brouwn.* retuli.

RANUNCULUS, aut *Damaſonium* repens, Parnaſſiæ foliis villoſis. *Plum. Hiſt. mſſ. tom.* V. *p.* 95.

COMMELINA villoſa, foliis cordatis, amplexicaulibus, caulibus diffuſis.

FIGURA SECUNDA.

Planta,



Fig. 2.

COMMELINA villosa.

Fig. 1.

SAGITTARIA
foliis lanceolato-ovatis.



Fig. 1.

DIOSCOREA
foliis cordatis alternis.

Fig. 2.

DIOSCOREA
foliis cordatis, septinerviis

Planta, uti videtur, paludoſa, prorepens, ad nodos emittens varias fibrillas radicales faſciculatas.
Caules piloſi, decumbentes, ſeu diffuſi.
Folia cordata, acuminata, ſeſſilia, amplexicaulia, alternata, nervoſa, ac villoſa.
Flores in corymbo inæquali, ſæpius dichotomo, excreſcunt triangulares, ad oras dentati, tripetali, calice triphyllo &c.
Obſervatio. Planta hæc corolla tripetala cum calice triphyllo gaudet, uti *Aliſma*, & *Sagittaria*, ad neutrum vero horum generum pertinere evincit caulis folioſus, qui in *Butomo* etiam nudus eſt, ſi enim quis exempli gratia ad Narciſſos referret plantam caule folioſo, primo intuitu error pateſceret; unde & hæc propius accedit ad *Commelinas* & *Tradeſcantias*, dantur enim *Commelinæ* tripetalæ non tantum, ſed & folioſo iſto florali cordato involucro deſtitutæ, & hirſutæ, unde me judice proxime ad hanc accedit, quod genus in memoriam clariſſimi deceſſoris mei, inprimis *Caſp. Commelini* dictum eſt a *Plumier.* in *nov. gen. pag.* 48. cujus novem jam ſpecies recenſentur a *Linn.* in *ſpec. pl. p.* 40. & *ſeq.*

TABULA CENTESIMA DECIMA SEPTIMA.

Dioſcorea ſcandens, foliis Tamni, fructu racemoſo. *Plum. nov. gen. p.* 9.

DIOSCOREA foliis cordatis, alternis, caule lævi. *Linn. H. Cl. p.* 459. *T.* 28. *ſpec. pl. p.* 1033. *no.* 6.

Dioſcorea foliis cordatis, caule lævi rotundo. *Brouw. Hiſt. Jam. p.* 360.
Volubilis nigra, folio cordato, nervoſo &c. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 46. *Hiſt. Jam. tom.* 1. *p.* 140.
Ricophora Indica, ſeu Inhame Malabarica, folio rotundo, in acutiſſimum apicem mucronato. *Plukn. Almag. p.* 321.
Ubium vulgare *Rumph. Herbar. Amb. tom.* v. *p.* 346. *Tab.* 120. ubi vide obſervationes meas, aliaſque plures hujus generis ſpecies. *Rumph.* vero folia pingit obpoſita, quum *Plumier.* ſint alternata.

FIGURA PRIMA.

Planta volubilis, nullos emittens ramos, caules gerens læves, rotundos.
Folia ſolitaria, cordata, acuminata, multo longiora, quam lata, nervoſa, plurimis intermixtis venulis cancellatis, glabra, utrinque virentia, petiolata.
Flores in longos excreſcunt racemos.
Fructus eſt capſula triangularis, trilocularis & trivalvis, in ſingulo loculo bina ſemina membranacea condens. Vide *Ludwig. definit. gener. p.* 281. *no.* 928.

POlygonatum ſcandens, altiſſimum, foliis Tamni. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 1. *Tourn. inſt. p.* 78.

DIOSCOREA foliis cordatis, ſeptinerviis, obpoſitis, racemis pendulis.

Dioſcorea foliis cordatis, alternis, oppoſitiſque, caule lævi. *Linn. ſpec. pl. p.* 1033. *no.* 7. &c.
Ubium anniverſarium. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 9. *cap.* x.

FIGURA SECUNDA.

Caulis volubilis, flexuoſus.
Folia obpoſita, cordata, acuminata, integra, venoſa, ſeptinervia, petiolata.
Florum racemi ex ſingula ala ſinguli, ſimplices, longiſſimi, continentes flores laxos, dependentes, ſexpartitos.
Fructus adpictus non eſt, ſed nullum eſt dubium, quin vera ſit *Dioſcoreæ* ſpecies, uti & inter *Plumierii* icones exhibetur
Tamnus tuberifera, radice fungiformi. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 3. quæ ipſa eſt *Dioſcorea* ad alas bulbifera folio cordato. *Linn. H. Cl. p.* 459. *no.* 2. quum vero hæc a variis auctoribus ſit exhibita, & deſcripta, ſuperfluum foret hanc iterum delineare. Hujus porro generis reliquas ſpecies vide deſcriptas & iconibus expreſſas in *Rumph. Herbar. Amboin. libr.* 4. *pag.* 346. & *ſeqq. H. Malab. tom.* 7. a *Tab.* 33. ad *Tab.* 39.
Obſervatio. Diu anceps hæſi de hac planta, ad quodnam proprie pertineret genus, quum fructus non ſit adpictus, ſique mihi conſtaret, eſſe plantam bacciferam ſexu diſtinctam, in mares nempe & feminas, uti *Tammus*, tum abſque controverſia ad hoc pertineret genus, quum vero hoc me lateat, tam diu eam cum aliis Tamnis *Plumier.* ad *Dioſcoream* retuli.

TABULA CENTESIMA DECIMA OCTAVA.

DOdonæa Aquifolii folio tricuſpidato. *Plum. nov. gen. p.* 20.

ILEX foliis pinnatis. *Linn. ſpec. pl. p.* 125. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, quam maxime ramoſa.
Folia pinnata ſunt, foliolis viginti uno ſeſſibilis, ovatis, acuminatis, in medio utrimque denticulo angulatis, ſcabris, venoſis, uti in ſeparato folio A patet.

Flo-

Fig. 2.

ILEX foliis cuneiformibus.

Fig. 1.

ILEX foliis pinnatis

A

b

c

b

a

a

Flores racemoſi ſunt, conſtantque ex floribus monopetalis, trifariam diviſis *aa.* quorum unus antica, alter poſtica parte conſpicitur, atque hinc excludit unam quartam partem numeri petalorum, cæterum ſtamina tria, ſtili tres, petala tria in hac obſervantur, quâ nota differt a congeneribus.

Fructus mollis, eſt bacca oblonga, bifida, *bb.*

Semen oblongum continens *c.*

ILex aculeata, folio tricuſpide. *Plum. Hiſt. mſſ. T.* v. *p.* 152.

ILEX foliis cuneiformibus, tricuſpidatis. *Linn. ſpec. p.* 125. *no.* 4.

FIGURA SECUNDA.

Folia alterna, cuneiformia, ſeſſilia, tribus angulis acutis ſpinuloſis rigida.

Flores nec fructus adpicti ſunt.

Obſervatio. Ad hanc tamen claſſem pertinere ſuadet totus ipſius habitus, & *Plum.* denominatio, miror tamen, eum ad *Dodonæam* quoque hanc non reduxiſſe, uti priorem, an vero fructificatione differant, non conſtat ex icone: tota cæterum plantæ ſtructura, & conſiſtentia foliorum adeo exacte convenit cum *Aquifolio*, ut de genere vix dubium ſuperſit, mirum tamen eſt, folia pinnata ac ſimplicia dari in uno eodemque genere.

Ne tamen memoria incomparabilis Viri *Romb. Dodonæi* ex ſcientia Botanica excludatur, hinc *Cl. Linnæus* alii arbori *Plumierii* DODONÆÆ nomen inpoſuit, quæ *Staphylodendron* foliis Lauri anguſtis a *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 8 vocatur, de qua vide *H. Cliff. p.* 144. & *Thef. Zeyl.*

TABULA CENTESIMA DECIMA NONA.

DOrſtenia Spondylii folio, Dentariæ radice. *Plum. nov. gen. p.* 29.

DORSTENIA foliis lobatis, ſcapis radicatis.

Dorſtenia ſcapis radicatis. *Linn. H. Cliff. p.* 32. *ſpec. pl. p.* 121. *no.* 1.

β *Dorſtenia* Dentariæ radice, Spondylii folio, placenta ovata & quadrangulari, undulata. *Houſt. Act. Angl. pag.* 218. *Fig.* 69.

Drakena radix. *Cluſ. exotic. pag.* 83.

Tuzpatlis. Hern. Hiſt. Mexic. p. 143.

Radix inſtar Cyperi tuberculoſa, ac nodoſa, varias emittens laterales fibrillas.

Folia radicalia, petiolata, ſinuoſa, ac lobata, in ſeptem utcunque lobos acuminatos & ſerratos diſtincta, & inſtar Spondylii diviſa.

Placenta ſinuoſa, carnoſa, florifera, florem anomalum formans, qui componitur ex floſculis minimis, numeroſiſſimis, diſcum inhabitantibus, quos nemo adhuc rite detegere, vel obſervare potuit, forte conſtant ex quatuor ſtaminibus cum ſimplici ſtilo.

Fructus eſt receptaculum commune, craſſum, carnoſum, continens *Semina* ſolitaria, ſubrotunda, acuminata, nidulantia, *a* & *b*.

Obſervatio. Mira eſt hujus plantæ fructificatio, ficui quam maxime adfinis, ita ut videatur *Ficus* quaſi *extenſus*, floſculis obtectus, proximeque ad *Parietariam* accedit, quum floſculi hermaphroditi femineis videantur intermixti, quod ex ſubſequenti ulterius patet planta.

Cæterum hoc plantæ genus in memoriam *Theod. Dorſtenii* medici germani DORTENIA dictum eſt, qui edidit *Botanicum*, plantas continens inprimis uſuales, impreſſum Francofurt. 1540. putatque Cl. *Linnæus*, hujus plantæ radicem veram eſſe radicem *Contrajervæ* ex obſervatis *Houſtoni*, de qua porro vide *H. Cliff. p.* 32. Noſtra autem planta in eo differt ab illa *Houſtoni*, quod placentæ non ſint orbiculatæ, uti in ipſius deſcriptione & figura, ſed quadratæ, & ſinuoſæ, dein folia noſtræ profundius, magiſque laciniata ſunt, acutiora, multoque acutius ſerrata, ita ut non eadem, ſed varietates ad minimum.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA.

P *Arietaria* latifolia, humilis, flore glomerato. *Plum. Cat. p.* 10.

DORSTENIA foliis ovatis, dentatis, pedunculis caulinis.

Dorſtenia pedunculis caulinis. *Linn. H. Cliff. p.* 32. *ſpec. pl. p.* 121. *no.* 2.

β *Dorſtenia* Dentariæ radice, folio minus laciniato, placenta quadrangulari undulata. *Act. Angl. vol.* VI. *pag.* 218. *Fig.* 70.

FIGURA PRIMA.

Planta humilis, ſimplicem emittens caulem.

Radix fibroſa, in varias fibrillas faſciculatas collecta.

Folia ovata, ſinuoſa, denticulata, petiolata, ad caulem utcunque obpoſita. *Petioli* longiſſimi.

Flores pedunculati, in globum ac placentam collecti, quorum maſculini in globo ſeparati videntur excreſcere, quales in Tabulæ margine microſcopio aucti A & B conſpiciuntur cum calice quadriphyllo & ſtaminibus quatuor, feminini vero in placenta videntur collecti, & ope microſcopii aucti in tabulæ margine ad C & D conſpiciuntur, idem quod obtinet in Parietariis congeneribus, unde ſumma harum plantarum adfinitas adparet, quæ ulterius cum aliis plantis comparatur & explicatur a *Linnæo* in *Amænit. Acad. vol.* I. *p.* 226. ubi inter alia dicit.

„ Hinc

DORSTENIA
foliis lobatis.



Fig. 1.

Fig. 2.

C

D

A

B

URTICA foliis ovatis,
& ciliatis.

DORSTENIA
foliis ovatis, dentatis.

Fig. 1.

ARUM foliis pedatis.

Fig. 2.

ARUM
foliis palmatis.

„ Hinc liquet, *Ficum* a *Dorſtenia*, *Parietaria*, *Moroque* in eo tan-
„ tum differre, quod receptaculum carnoſum, magnum, integrum,
„ clauſum, flores in ſua cavitate contineat &c. Differt enim *Ficus* a *Dorſtenia* tantum fructu plano & concavo, *Dorſtenia* a *Parietaria* fere tantum receptaculo communi & racemo, tantaque præterea, ratione Figuræ, *Urticæ* & *Parietariæ* eſt affinitas, ut *Sloane* aliique hæc genera inter ſe confundant.

Noſtra porro planta differt ab illa *Houſtoni*, quod ejus placenta ſit quadrata & integra, quum noſtræ ſit diviſa, ejus pedunculi ſint radicales, noſtræ plantæ caulini, dein folia non ita ſunt ovata, ſed lobata quaſi, neque ita dentata, magisque acuminata.

P *Arietaria* racemoſa, foliis ad oras villoſis: *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10.

URTICA foliis obpoſitis, ovatis, & ciliatis.

FIGURA SECUNDA.

Radix tenuis, fibroſa, ex plurimis ſimplicibus capillaribus fibris conſtans.
Caules erecti, ad ortum geniculati, ſimplices, indiviſi.
Folia obpoſita, cruciata, ovata, trinervia, venoſa, ad oras villoſa, petiolata.
Flores ex alis in pedunculis obpoſitis, ramoſis.
Obſervatio. Ex florum racemis illis *Urticæ* ſimillimis potius hanc ad *Urticam* pertinere judicavi, licet ſtructura fructificationis adeo inter ſeſe conveniat, ut difficillime limites inveniantur, unde & horum generum ſpecies a variis auctoribus inter ſeſe commixtæ ſunt.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA PRIMA.

D *Racunculus* humilis, flore & fructu albo. *Plum. Cat. p.* 5. *Tourn. inſt. p.* 161.

ARUM foliis pedatis, foliolis lanceolatis, repandis, ſpatha ſpadicem ſuperante.

β *Arum* foliis pedatis, foliolis lanceolatis, integerrimis, ſuperantibus ſpatham ſpadice breviorem. *Roy. pr. p.* 7. *Linn. ſpec. p.* 964. *no.* 2.
Arum polyphyllum *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, caule non maculato, minus & humilius. *Herm. Cat. H. L. B. p.* 60.
Dracontium caule immaculato, minus & humilius. *Herm. Par. Bat. p.* 88

FIGURA PRIMA.

Radix craſſa, nodoſa, ac tuberoſa, plurimos emittens laterales ſimplices fibrillas ciliatas.

Folia palmata, ſeu potius pedata, in novem utcunque lacinias diſtincta extenſas, ſeu inſtar palmæ explicatas, quarum mediæ latiſſimæ, laterales decreſcentes, & extimæ minimæ, cum appendiculis, ſunt vero omnes lanceolatæ, integerrimæ, repandæ, glaberrimæ, ac venoſæ.

Petioli radicales, longiſſimi, nudi, ſuperne quaſi dehiſcentes in folii lacinias deſcriptas.

Spatha minima, radicalis, involvens floſculos albicantes.

D *Racunculus* alius humilis, villoſus, flore & fructu albo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5.

ARUM foliis palmatis, foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis, caule hiſpido.

Arum polyphyllum, *Dracontium* & *Serpentaria* dictum, folio ramoſo Pæoniæ inſtar, caule aſpero. Zeylanicum. *Herm. Par. Bat. pr. p.* 314.

Arum polyphyllum *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum Ceylanicum, caule aſpero. *Commel. Cat. H. Amſt. p.* 38.

Dracontium Zeylanicum ramoſo folio, caule ex viridi & flavo variegato aſpero. *Herm. Par. Bat. p.* 89.

Dracunculus Zeylan. polyphyllus caule aſpero, ex flavo & viridi colore variegato. *Tourn. inſt. p.* 160. *Theſ. Zeyl. p.* 90.

Serpentaria polyphylla Indica, caule maculato aſpero. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 95. *novæ Edit. p.* 95.

FIGURA SECUNDA.

Radix eſt tuber ingens, craſſus, rotundus, ſcaber, rariores demittens craſſas ac ſimplices fibras.

Caudex erectus, rotundus, variegatus, & exaſperatus, ſeu hiſpidus, qualis in marginali Tabulæ icone conſpicitur.

Folia extenſa, lobata, & quaſi palmata, in novem lacinias ovato-lanceolatas, integerrimas diſtincta, quarum mediæ longiſſimæ & maximæ, laterales ſenſim decreſcentes, & extremæ quaſi adpendices ſunt, uti in Pæoniæ foliis, coſta tamen mediæ & maximæ laciniæ cum folii petiolo ſcabra & hirſuta eſſe videtur, uti ipſe caulis, qualis in dimidia totius folii parte adparet in Tabula.

Spatha florem involvens craſſa, coriacea, glabra, ſinuoſa & acuminata A, *Spadix* vero erectus, ſpicatus B, flores maſculinos in ſumma, femininos in inferiore parte gerens, inter quos intercedunt ſquamæ imbricatæ, quæ in aliis *Ari* ſpeciebus ſæpius filamentoſæ ſunt.

TAB. CXXII.

DRACONTIUM
caudice geniculato.
foliis tripartitis.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA SECUNDA.

D *Racunculus* triphyllus, laciniatus & perforatus, caule Serpentariam referente. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 5.

DRACONTIUM caudice geniculato, foliis tripartitis, laciniis pinnatifidis, perforatis.

β *Dracontium* Americ. ſcabro puniceo caule, radice Cyclaminis. *Herm. Par. Bat. p.* 93.

Dracontium ſcapo breviſſimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis, laciniis pinnatifidis. *Linn. H. Cliff. p.* 434. *ſpec. p.* 967. &c.

Radix tuberoſa, compreſſa, ſubrotunda, tuberculoſa, pro plantæ magnitudine puſilla, undique breves ac ſimplices emittens fibras.

Caulis erectus, ſimplex, indiviſus, ſtriatus, geniculatus, ex variis quaſi geniculis compoſitus, ac parvis tuberculis exaſperatus & variegatus, ſuperius in frondem ſeſe explicans, quæ ſunt

Folia expanſa, tripartita, ſeu in tres utcunque magnas lacinias diſtincta, quæ in tres minores ſubdividuntur, atque hæ componuntur ex minoribus laciniis pinnatifidis, Filicum more expanſis, quæ ſunt lanceolatæ, ſinuoſæ, decurrentes, atque variis in locis perforatæ, & quaſi maculatæ, uti in ſegmento folii majore in Tabula eleganter conſpiciuntur, ubi & tubercula ſcabra in folii diviſione adparent, quod huic plantæ proprium eſt, & quibus ab illa *Hermanni* & *Horti Cliffort.* diſtinguitur.

Obſervatio. Licet *flores* in *Plumierii* icone non ſint delineati, qui facile ex Hermanni Figura ſuppleri poſſunt, quique rariores ac minimi in hac ſpecie eſſe ſolent, ex tota tamen foliorum figura, caule variegato, ac porro totius plantæ habitu patet, veram eſſe *Dracontii* ſpeciem, quæque forma ſua exacte reſpondet cum *Dracontio* polyphyllo *Linnæi ſpec. p.* 967. ita ut haſce potius varietates quam diſtinctas eſſe ſpecies perſuaſus ſim, noſtramque inprimis differre perforatione foliorum, quod in hoc genere ſæpius obtinet, uti id patet ex *Dracontio pertuſo Linnæi ſpec. p.* 968. quod *Arum* hederaceum, amplis perforatis foliis a *Plum.* vocatur in *pl. Americ. p.* 40. *Tab.* 56 & 57.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA TERTIA.

E *Chinopus* fruteſcens, ad nodos floridus, Ilicis folio ſubtus argenteo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 10. *Tourn. inſt. p.* 463.

ECHINOPS foliis lanceolatis, dentatis, capitulis axillaribus.

Echinops capitulis lateralibus, ſeſſilibus. *Linn. ſpec. p.* 815. *no.* 5.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, ramulos gerens alternatos, ſimplices.
Folia lanceolata, dentata, integra, vix petiolata, ad ramorum diviſionem ſolitaria, magisque ovata, ad *Capitula* utcunque quaterna, cruciata, ſeſſilia, anguſtiſſima, ac vere lanceolata, ſubtus argentea.
Florum capitula in alis ſeſſilia, orbiculata, hinc inde rariores ad latera producentia flores tubuloſos, erectos, limbo reflexo, quinquefido &c.

E *Lichryſum* arboreſcens, Ilicis cocciglandiferæ folio. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. inſt. p.* 453.

CENTAUREA calicibus ſquamoſis, foliis ovatis, obtuſis, ſpinuloſis, caule fruticoſo.

Rhaponticoides arboreſcens, Ilicis cocciglandiferæ folio, flore luteo. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *pag.* 390.

FIGURA SECUNDA.

Planta arborea, ſimplices gerens ramulos.
Folia ovata, obtuſa, ſpinuloſa, alternata, venoſa, petiolata, ad apices ramulorum ſub floribus conferta, & in orbem poſita.
Flores verticales, aggregati, ſeſſiles, calicibus oblongis ſquamoſis imbricatis contenti, utcunque clauſi ſeu contracti &c.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA QUARTA.

E *Lichryſum* Lychnidis coronariæ folio tomentoſo & undulato. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 9. *Tourn. inſt. p.* 453. *Vaill. Act. Pariſ. ann.* 1719. *p.* 833. *no.* 42.

GNAPHALIUM caule fruticoſo, foliis lanceolatis, ſinuoſis, corymbis faſtigatis.

Caulis

Fig. 2.

CENTAUREA calicibus ſqamoſis, foliis ovatis.

Fig. 1.

ECHINOPS foliis lanceolatis, dentatis, capitulis axillaribus.

TAB. CXXIV.

GNAPHALIUM caule fruticoso, foliis lanceolatis, corymbis fastigatis.

TAB. CXXV.



Fig. 1.

ÆSCHYNOMENE
leguminibus æqualibus,
corollis hirſutis.

Fig. 2.

EQUISETUM ſetis
ſimpliciſſimis ſpiciferis.

Caulis fruticoſus, ramoſus, ſcaber.
Folia conferta, lanceolata, undulata, tomentoſa.
Flores aggregati, corymboſi, ſeſſiles, in panicula terminatrice congeſti, calicibus ſquamoſis contenti &c.

TABULA CENTESIMA VIGESIMA QUINTA.

EMerus ſiliquis longiſſimis & anguſtiſſimis. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 19.

ÆSCHYNOMENE leguminibus æqualibus, lævibus, corollis hirſutis.

Galega Indica, fruteſcens, ſpinuloſa, ſiliquis anguſtis, longiſſimis, folio Mimoſæ. *Herm. Muſ. Zeyl. p.* 64. *Burm. Theſ. Zeyl. p.* 103. &c.

FIGURA PRIMA.

Planta fruticoſa, ramos gerens lignoſos.
Folia pinnata, alternata.
Foliola obpoſita, ovata, glaberrima, avenia, duodecim utcunque paria.
Flores ex alis in pedunculis ramoſis, vulgaris formæ; quorum petala externe hirſuta depinxit *Plumier*, uti in ſeparato flore *a* liquet.
Siliquæ plures, alternatæ, dependentes, lineares, glaberrimæ, longiſſimæ, & æquales.
Semina oblonga, glabra, reniformia, uti in aperto legumine patet.
Obſervatio. Hæc planta primo intuitu perfecte refert SESBAN *Alpini pl. Ægypt. Tab* 82. ſed quum *Plumier.* flores pinxit hirſutos, multoque rariores, nec ita ſpicatos, magisque ramoſos, uti & foliaturam rariorem, non audeo haſce combinare, veram tamen eſſe *Æſchynomenes* ſpeciem, ex cunctis ipſius partibus totaque forma liquet.

EQuiſetum altiſſimum, ramoſum. *Plum. Cat. pl. p.* 11.

EQUISETUM ſetis ſimpliciſſimis ſpiciferis, patentibus, nodoſis.

β *Equiſetum* caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus. *Linn. ſpec. pl. p.* 1062. *no.* 4.

FIGURA SECUNDA.

Planta aphylla, alta, & ramoſa.
Caulis nudus, ſtriatus, geniculatus, ac verticillatus, ſeu ramoſus.
Verticilli longiſſimi, ſtriati, nodoſi, ſimplices, ad apices floreſcentes, ſeu ſpiciferi.
Obſervatio. Hæc planta proxime accedere videtur ad *Equiſetum* fluviatile *Linnæi*, ſed differt, quod multo major ſit, atque ſeta, quibus verticillatus eſt caulis, horizontaliter pateant, quod non ita in fluviatili obſervatur; dein *Sloan.* in *Catal. pl. Jam. p.* 215. ſuam quoque plantam junxit cum Equiſeto majore aquatico.

Finis Faſciculi Quinti.

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUS SEXTUS,

Continens Plantas, quas olim

CAROLUS PLUMIERUS,

Botanicorum Princeps

Detexit, Eruitque,

Atque in INSULIS ANTILLIS ipſe depinxit.

Has primum in lucem edidit,

Concinnis deſcriptionibus, & Obſervationibus,

Æneisque Tabulis illuſtravit

JOANNES BURMANNUS, M. D.

Athenæi illuſtris, & in Horto Medico Amſtelædamenſi

PROFESSOR BOTANICES,

Academiæ Cæſareæ Naturæ Curioſorum Socius.

Sumtibus Auctoris,
Proſtant Amſtelædami in Horto Medico,
Atque
Apud PETRUM SCHOUTEN,
& LUGD. BATAV.
Apud GERARD. POTVLIET, & THEODOR. HAAK.
M. DCC. LVII.

DOCTISSIMO & CELEBERRIMO VIRO

CHRISTIANO GOTTLIEB LUDWIGIO,

MED. DOCT. & PROFESSORI

IN ACAD. LIPSIENSI CLARISSIMO.

SOCIETATIS REG. BORUSS. SCIENT.

SODALI DIGNISSIMO

AMICO INTEGERRIMO

HUNC SEXTUM

PLANTARUM AMERICANARUM FASCICULUM

IN OBSEQUII TESTIMONIUM

OBFERT

JOANNES BURMANNUS.

DOCTISSIMO ET EXPERTISSIMO VIRO,

JOANNI PHILIPPO BREYNIO,

JAC. FILIO, M. D.

ACAD. IMPER. NATUR. CURIOSORUM,

ET

SOCIET. REG. ANGLIC. SODALI,

BOTANICO CONSUMMATISSIMO,

SENI OPTIMO,

AMICO INTEGERRIMO,

QUARTUM HUNC

PLANTARUM AMERICANARUM

FASCICULUM

IN GRATI ANIMI

TESTIMONIUM

DICAT

JOANNES BURMANNUS.



THEOPHRASTA.

PRUNUS floribus racemosis.